PETRI MOLLII HISPANI MAIORICENSIS I.C. RESPONSVM PRO AMICO.

In quo agitur de tribus præcipuè, quomodò conditio mixta si deficiat per factum tertij, faciat deficere dispositionem. An testator potuerit facere, vt de legatis ad pias causas Falcidia deduceretur. Et qui dicantur pauperes CHRISTI.

Accessit moralis tractatus de Iudice & Prælato ecclesiæ eiusdem Petri Mollij Maioricensis, & breuis sermo restitutionis in integrum.



BONONIAE.
In ædibus Ioannis Rossij. MDLXXIIII.
Curiæ Episc. & S. Inquisit. concessu.

D. O. M.

SACRAE CATHOLICAE, AC REGIAE MAIESTATI INVICTISSIMI, AC POTENTISSIMI MONARCHAE, DOMINI NOSTRI

PHILIPPI II.

HISPANIARVM, INDIARVM, vlterioris & citerioris Siciliæ, Hierusalem, Dalmatiæ, Croatiæ, Angliæ, Hiberniæ, Nauarræ, Sardiniæ &c. Regis Catholici. Domini Flandriæ, Brabantiæ, Burgundiæ, & Mediolani, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, Catholicæ fidei, ac totius orbis Christiani Protectoris, Aduocati, ac Defensoris clementissimi, &c.



A MAIESTATIS VESTRAE inter homines hoc tempore amplitudo, splendor, ac dignitas est, vt nemo paulò rerum humanarum peritior sit, siue in vestris Regnis, siue in alienis natus sit, qui non maximum fortunis,

ac rationibus ſuis præſidium in veſtris opibus, atque adeò etiam in veſtro multò Auguſtiſsimo nomine poſitum arbitretur. Quod ſi cui alij hoc facere conuenit, mihi profectò iuſtiore quadam de cauſa, vt faciam concedendum eſt, qui nō modò ex Regno veſtrò ſum, ſed etiam ex eo Regno, quod omnium non modò antiquitate, ſed etiam ſtudio, ac fide erga MAIESTATEM VESTRAM, *ac maiores eius excellit. Quamobrē quemadmodum ego auita veſtigia inſequutus, ſtudio me literarum, iuriſque Ciuilis tradidi, eiuſque ſcientiam conſequi, quomodò potui, laboraui: ſic veterem patriæ meæ fidelitatem imitatus, vt ab initio me ipſum vobis, ſic hoc tempore ſtudij huius atq; induſtriæ meæ primitias dedicaui. Quod cum feci, duo me omnium ad fructū, & nomen meum ampliſsima aſſequuturum ſperaui, vnū, vt perpetuam, quam dixi fidem meam*

MAIE-

MAIESTATI VESTRAE hoc quantulocunque officij genere declararem, alterum, vt splendissimo virtutis, ac potentiæ suæ nomine, labori ac vigilijs hisce meis ornamentum, ac præsidium compararem. Quod & humilitas mea desiderat, & MAIESTATIS VESTRAE amplitudo nullo suppeditare negotio potest; præsertim verò cum si me solo ipso nutu in numerum clientum suorum receperit, supra omnes homines beatum, fortunatumque sit effectura. Quod vt facere dignetur summis ab ea precibus peto, atque pro perpetua illius fœlicitate Deum Optim. Max. oro.

Petrus Mollius Maioricensis I. Consultus, status conseruation. & augumentum D.

HIPPOLYTVS RIMINALDVS IVRIS CONSVLTVS, CANDIDO LECTORI.



SICVT alias extiterunt pleriq; summi legum vertices Hispani, qui diligenter & doctè legalem scientiam non mediocriter locupletarunt, & illustrem reddiderunt, vt cæteris omissis Fortunius Garzia, Antonius Burgos, Didacus Couarruuias, & Fernādus Vasquius: ita tēpestate nostra floret egregius Iurisconsul. D. Petrus Mollius Maioricensis, cuius tractatus, quem editurus erat, prius ad manus meas perueniens summopere me recreauit, & incredibili admiratione repleuit: is enim tam eruditè scribit, eleganter docet, & suauiter admonet qualis esse debeat Iudex, & Ecclesiæ Prælatus, ita subtiliter, & ingeniosè dubia quædam promouet, & in eis tractandis tàm copiosa, variaq; rerum mixtura vagatur, demumq; restitutionis in integrum beneficium sermone suo nectare pleno cōplectitur, vt iusdicentes vtriusq; fori, minoresq;

resq́; plurimum illi debeant, nec Apollini oraculo ſit opus pro diſſoluendis dubijs adeundo, nec Cerere pro maiori frugum copia nobis offerenda, nec Minerua, quæ nos magis atq; magis imbuat, aut eruditiores reddat. Ego ſanè lector optime labores iſtos Mollii noſtri ſummoperè cõmendo, quòd ſtudio & induſtria vtrique Catoni non cedat: quorum Superior iam penè ſenex id egit, vt iuris ciuilis fieret peritiſsimus. Inferior verò, ne in curia quidem, dum Senatus cogeret, ſibi temperaret, quominus græcos libros lectitaret. at Author noſter in ætate iuuenili tàm legibus operam ſtrenuam nauauit, ut quantum profecerit, fœcundiſsimus hic ſuus partus in lucem veniens manifeſtum reddat, tàm verò ſumma cum auditorum attentione in florenti Gymnaſio ciuitatis Ilerdæ in Hiſpania ſitæ publicum legendi munus executus eſt, vt inde dies ac noctes, ſe legendis, ac reuoluendis libris incubuiſſe facilè demonſtrauerit: quæ cum ita ſint, humano generi mirum in modum hoc opus cõducet, ſi quicunq; ſtudioſi, nouaq́; ſemper optantes id præ manibus

nibus habebunt, & legendo ſuauiter degu-
ſtabunt, cum in varijs rebus tractandis, atq;
definiendis, ex eo ſcopum veritatis attin-
gent, quod ego libentiſsimè me facturum
polliceor, licèt poſt annos ſex & triginta,
tùm publicè profitendo, conſulendo, tum
in foro verſando numeroſis authorum vo-
luminibus Bibliothecam meam fertiliſsi-
mam fecerim, lautiſsimus enim quiſq; ci-
bus aliorum copiam magis illuſtrat, & gra-
tam reddit. Vale, & Neſtoreos annos be-
nè viue.

INDEX
RERVM OMNIVM, QVAE IN HOC RESPONSO CONTINENTVR,
SCILICET IN TRIBVS DVBIIS,

Authore Petro Mollio Hispan. Maioricen. I. V. D.

A



†† *Bona*

Conditio,

L

M

Modus

Priuilegia

DOMINE LABIA MEA APERIES, ET OS MEVM ANNVNCIABIT VERITATEM.

Thema tale est.



VIDAM Vmbertus de Sancto Stephano habebat solam filiam illegitimam, & cum conderet testamentum, instituit hæredem quendam Hieronymum de Pace amicum suum sub conditione, si duceret in vxorem eandem filiam suam, quæ vocabatur Paula, aliàs volebat, vt bona venirent ad pauperes Christi, relictis necessarijs ipsi filiæ: si autem dictus Dominus Hieronymus duceret in vxorem filiam suam, & per cõsequens admitteretur ad hæreditatẽ, legauit quibusdam pauperibus centũ, alijs triginta, alijs quingẽtos aureos, & alia legata fecit, & iussit vt casu quo de legatis falcidia detrahẽda esset, & sic falcidiæ locus esset detraheretur etiam de dictis legatis factis ad pias causas. Mortuo testatore euenit, quòd filia Paula nupsit cuidam domino Antonio Mirandulæ instigatione cuiusdam Domini Honorati consobrini sui, Dubitatum fuit de ijs, & primò an admittẽdus esset dominus Hieronymus ad hæreditatem, quasi per eum non stetisset, & si admitteretur, an potuisset facere testator, vt falcidiam detraheret de legatis ad pias causas, tertiò, qui dicerentur pauperes Christi.

Primum Dubium.

SVMMARIA.

1 *Voluntas testatoris fuit creata regina.*
2 *Hominum diuersa uoluntas, Heraclitus plorat, Democritus ridet.*
3 *In omnibus dispositionibus, mens & voluntas disponentis spectandæ sunt.*
4 *Conditio quomodò definitur.*
5 *Conditionis optima definitio.*
6 *Conditio per quæ uerba inducatur.*
7 *Conditio an inducatur per dictionem, secundùm.*
8 *Conditionum triplex species.*
9 *Conditio impossibilis quadrupliciter consideratur.*
10 *Conditio possibilis, & vera triplex est.*
11 *Conditio potestatiua quæ dicatur, & quæ casualis.*
12 *Conditio mixta quot modis dicatur, & num. 13.*
14 *Potestatiuæ conditionis triplex consideratio.*
15 *Rationum optima redditio quæ requirat.*
16 *Matrimonia debent esse libera.*
17 *Vnus ex coniugibus non potest ab altero spe lucri inuitari ad contrahendum.*
18 *Monasterium spe lucri inuitari non potest.*
19 *Bartoli consilium, ut dicatur pro alimentis in casu proximo.*
20 *Donatio facta à clerico, milite, vel doctore concubinæ pro meritis, valida est.*
21 *Conditio, si Titiam, vel aliam duxeris, sortitur mixtam naturam.*
22 *Conditiones implendæ in forma specifica.*
23 *Conditio habetur pro adimpleta, quando non stat per adimplere debentem.*

24 *Conditione mixta deficiente per casum, non admittitur honoratus, sed omnino deficit legatum, & alia dispositio.*

25 *Quomodo iudicandum de hac conditione, si ædificaueris Ecclesiam in domibus tuis, uel si duxeris in vxorem consobrinam tuam, si sum. P. vel Episcopus nõ vult dare licentiã, referendo singula singulis.*

26 *Casus propositi disputatio.*

27 *Conditionum resolutio.*

28 *In mixta conditione eligitur media via.*

29 *Elegans Bart. distinctio circa conditionem mixtam, an & quando representetur.*

30 *In dubio præsumitur quis directò impediisse cõditionẽ.*

31 *Illatio ad casum propositum.*

32 *Iussa nubere alicui, cui nubere secundùm consuetudinem patriæ dedecus esset, non tenetur parere conditioni, & tamen consequetur hæreditatem, vel legatum.*

33 *Spurij sunt infames, & ab omnibus arcendi, & expellendi.*

34 *Iussus portare arma, & nomen testatoris, non tenetur parere, portando arma, & sumendo nomen, si erãt turpia.*

35 *Illegitimi odio habentur à I. CC.*

36 *Lex Canonica spurijs concedit alimenta.*

37 *Quibus casibus spurij possint alimentis debitis de iure Can. priuari.*

38 *Quomodo illegitima dotanda veniat.*

39 *Matri Illustri illegitimi an succedant.*

40 *Decem & septem priuilegia Illustrium personarum.*

41 *Illegitimi amouentur à beneficijs, ordinibus, dignitatibus, pẽsionibus ecclesiasticis, & alijs quibuscunq;.*

42 *Quid dicendum, si testator dixerit, relinquo mille si nupseris,*

nupseris, si uerò monasterium ingrediaris, quingenta tantùm, an ingrediendo quis monasterium eadem mille consequatur.

43 *Communior est, ut supradicto casu quis etiam mille consequatur.*

44 *Secundùm communem obseruantiam dicunt DD. in casu supra dicto quem quingenta tantùm consecuturum.*

45 *Iudex quomodò iudicare teneatur.*

46 *In dubio pro religione iudicandum est.*

47 *Disputatur latè, an sit differentia, cum dixit testator, nubas de consilio, aut arbitrio talis, ex Aymon. Crauetta.*

48 *Consuetudo & communis vsus loquendi multum operantur, et dicuntur dare significationem vocabulis.*

49 *Dispositio testatoris, & eius verba sunt regulanda à communi vsu loquendi.*

50 *Patris voluntas tanquàm superioris habetur in consideratione.*

51 *Si aliquid legetur mulieri, si nupserit, an monasterium ingrediendo, legatum consequatur.*

52 *Si aliquid legatum fuerit alicui, si non nupserit, quomodò de hac conditione iudicandum.*

53 *Conditio inducens viduitatem non aspernitur in persona tertij.*

54 *Illud restringitur, nisi tertius esset coniunctus, vel amicus mulieri.*

55 *Viduitas induci potest vsque ad certum tempus, uel respectu certi loci.*

56 *Quid iuris si legatum fuerit vxori, si castè vixerit.*

57 *Felin. in proœm. Greg. ponit multa de communi vsu loquendi.*

58 *Communi vsu loqnendi attento, non uiuit castè mulier*

Mulier

79 *Mulier transiens ad secundas nuptias tenetur reseruare liberis prioris matrim. lucra ex primo viro prouenientia.*

80 *Pœnæ secundò nubentium sunt in duplici differentia.*

81 *Pœnæ impositæ in odium secundò nub. sunt sublatæ de iure Canon.*

82 *Mulier transiens ad secūda vota de consensu filiorum, an incidat in pœnas impositas eorundem fauore.*

83 *Quid dicendum quando legatum factum est mulieri à marito, quandiu dotem non petierit.*

84 *An filius consequatur legatum sibi sub conditione, si studuerit, si re ipsa studeat, non tamen consequatur gradum Doctoratus.*

85 *An filius consequatur vtrosq; libros, quando libri eidem legati sunt hoc modo: si fueris doctor in medicina, relinquo libros in medicina: si in iure Canonico, relinquo libros in iur. Can. si ipse & in medicina, & iure Can. doctoratus fuerit.*

86 *Dictum Emanuel. à Costa.*

87 *Idiotæ & indocti habent immunda repertoria librorum, & laceratas quasi rubricas.*

88 *Modus definitur.*

89 *In modo præstatur cautio de eodem adimplendo.*

90 *Modus & conditio in fine æquiparantur.*

91 *Libellus quomodò sit concipiendus, quando aliquid petitur, quod est legatum sub modo.*

92 *Modus non impedit transmissionem.*

93 *Conditio impedit trasmissionē, nisi ex cōiecturis aliud constet.*

94 *Ponuntur coniecturæ, ex quibus censeatur uoluisse testator conditionalia transmitti ex varijs doctoribus.*

Testa-



X longa illa facultate, quam lex ciuilis homini dedit circa conditiones & leges in dispositionibus suis apponendis, & ex illa hora qua in eis
1 *uoluntas † ipsius regina fuit creata, l. in conditionibus primum locum, D. de condit. & demonstrat. ac publica utilitate circunscripta, ut in tutiori loco collocaretur, l. uel negare, D. quemadmod. testam. aper. magnum animum, elatamq; audaciam sumpsit testator in actibus diuersimodè ad libitum suum peragendis; putans omnia sibi licere: ideò quidam dicit in*

ultimis

ultimis dispositionibus: mãdo ut nubas doctori: relinquo centum, si manseris semper in sepulchro: lego mille, si uxorem non duxeris: relinquo quingenta, si nupseris, si uerò ingressa fueris monasterium centum tantùm, & similia pro hominum uoluntate, ac natura tàm uaria, atque diuersa: ita ut alii unum, alii aliud adimpleri desiderent, ut rectè dici possit, trahit
2 *sua quemque uoluntas, † Heraclitus plorat, Democritus ridet, l. quia poterat; D. ad S. C. Trebel. ibi, cum uariæ sint hominum uoluntates, cap. quia diuersitatem, extra de concess. præben. ubi glos. quæ citat c. sicut, de consec. dist. 4. & l. item si unus, D. de recep. arbit. §. principaliter. Euenit namq; ut quod uni utile est, alteri noceat, quod uni placet, alteri displiceat, & quod in uno honestum putatur, in alio inhonestum, & indecorum uideretur omnino.*

Illa igitur facultas à lege concessa, et promissio uoluntatis seruandæ aliquam causam, & ansam præbuit testatori nostro Humberto, ut ad libitum suum disponeret, & ita dixit: instituo hæredem D. Hieronymum de Pace si duxerit filiam meam Paulam in uxorem, aliàs uolo ut bona diuidantur inter paupe-
3 *res Christi. Nec mirũ, cùm mens & uoluntas † disponentis obseruanda, & attendenda sit, l. 1. C. de sacr. eccles.*

ecclef. l. ultim. C. de poſth. hæred. inſtit. l. pater Seue rinam, D. de condit. & demonſt. l. hæredes mei. §. cum ita, D. ad S. C. Trebel. Non modò in ultimis uoluntatibus, ſed etiam contractibus. Iaſ. in l. 3. C. de lib. præter. & in quibuſcunq; diſpoſitionibus, latiſſimè Andr. Tiraquel. in repet. l. ſi unquam, in uerb. libertis, num. 62. cum multis ſequentib. C. de reuoc. donat. ubi infinitos caſus adducit. Quamobrem ad hanc uoluntatem teſtatoris noſtri declarandam ego aliqua adducam, quæ fortè erunt aliquantulum utilia tyroni, uel ueterano parum in iure uerſato.

Planè conditio (quia diſpoſitio Vmberti teſtatoris conditionaliter eſt concepta) à Bartolo definitur in l. 1. in 1. quæſt. D. de condit. & demonſt. ex mente Azon. in ſum. de condit. inſer. legati ſuſpen-
4 *ſio, † cuius de futuro defectus, uel confirmatio dependet, per glo. in d. rub. Quæ definitio tanto uiro indigna meritò ab eodem Bar. reprehenditur, quòd ſingularitati cuidam uideatur annexa, & tantùm in legatis loqui: cùm & aliæ diſpoſitiones pleræq;, ſententiæ, putà, contractus, & ſimilia per conditionem ſuſpen-*
5 *dantur. Quare Bartol. † tradit optimam: futurus euentus in quem diſpoſitio ſuſpenditur: euentum intelligendo generalem ſiue in facto conſiſtat, ſiue in iure, l.*

re, l. multum interest, D. de cond. & demonst. siue affirmatiuè, siue negatiuè, l. in facto, D. eod. futurum addit ad differentiam quasi conditionum de præsenti, uel de præterito, quibus propriè non conuenit condidionis nomen, l. quæ ad præsens, D. si cert. peta. l. institutio talis, in fin. D. de condit. instit. & earum quæ sunt impossibiles, uel necessariæ, ut apud eundem Bart. Quoniam & conditionum multiplex ratio con-
6 stituitur, eo prius animaduerso per † quæ uerba inducatur conditio, & utrum per istam dictionem, si, ut in casu nostro, quod elegātiùs quam alibi reperies apud Bart. in d. l. 1. nu. 2. cum mult. seqq. ubi ponit multas qq. an per dictionē, si, an per, cum, an per, alioquin, per nisi, & an per dictionē, secundùm, inducatur, tradit ele
7 gāter Catel. Cot. in memorabil. in uerb. † secundùm, inferens ad quæstionē: si quis sit puniendus pœna per sta tuta imposita &c. de qua uide apud eundē. Conditionū
8 ergò uaria est inspectio, † et præcipuè triplex: quædam enim est conditio necessaria, quædam impossibilis, quædam possibilis et uera. Rursus necessaria, teste Alber. & Ias. in l. 1. C. de insti. & subst. duplicē habet rationē, alterā, qua dicitur certa, an et quando: alterā, qua dicitur incerta quando, sed certa an, & certissima, ut illa, si morieris: certissimum enim est & necessarium

quem moriturum, cum dicat D. Paulus Apost. constitutum est hominibus semel mori, at uerò incertissimum quando quis mori debeat, de hac in l. si pupillus, §. quid sub conditione, D. de nouation. Præterea
9 *impossibilis † quadrupliciter consideratur, factò, natura, iure, perplexitate, declarat glo. cum DD. in d. l. 1. D. de condit. instit. idem Accurs. accuratè in §. impossibilis, de hæred. instit. Item possibilis, &*
10 *uera, † quæ concipi debet in futurum, & habet respectum ad esse & non esse, quod est proprium ipsius, triplicem sortitur denominationem, & effectum: alia enim dicitur potestatiua, alia casualis, & tertia mixta, l. unica §. sin autem aliquid sub conditio-*
11 *ne, C. de cad. toll. Potestatiua illa dicitur, † quæ dependet ex mera, ac sola potestate adimplere debentis. Casualis quæ à sola fortuna, & casu, docet Ias. in l. si pater, in prin. C. de instit. & substit. in l. suus quoq; *
12 *D. de hæred instit. Mixta † dupliciter dicitur, Bar. in l. in testamento, 2. de condit. & demonst. aliter quando dependet à casu, & fortuna ex una parte, ex alia à uoluntate adimplere debentis, ll. supra citat. putà si instituam aliquem ultra mare existentem sub conditione, si reuertatur ad patriam suam: hæc enim conditio partim dependet à fortuna & casu, partim*

à uo-

à uoluntate instituti, qui fauente fortuna prospera id habet in sua facultate, l. si pater, C. de instit. & subst.
13 *aliter dicitur specialiter conditio mixta, eo † quod dependeat partim ex uoluntate instituti, uel alio quocunque modo honorati, partim ex uoluntate alterius, de qua loquitur l. 1. C. de instit. & substit. loquitur etiam dispositio testatoris nostri, qui dixit, si duxerit in uxorem: hæc enim conditio mixta dicitur ea ratione, quia dependet eius adimplementum tum ex uoluntate instituti, tum ex uoluntate illius, cum qua condi-*
14 *tio adimpleri debet. Rursus conditio † potestatiua, quæ pendet ex sola uoluntate adimplere debentis, tripliciter considerari potest: aliter quatenus consistit in faciendo, si domum ædificaueris, alio modo, quatenus in dando, si decem dederis Titio: tertiò quatenus consistit in dando & faciendo, & sic ut mixta, putà, si seruus instituatur sub conditione, si rationes reddiderit, de qua mentionem faciunt multæ ll. in tit. de manum. test. maximè l. Lucius Titius: hæc enim conditio partim consistit in facto, partim in datione.*
15 *Quoniam † in optima redditione rationũ quatuor considerantur ex mente Bald. in l. cum testamento, C. de testam. manum. nu. 4. codices edere, calculum ponere, reliqua reddere, & culpam purgare. Quatenus ergo*

seruus codices edet, & culpam purgabit cōditio adimplebitur in faciendo: quando uerò reliqua dabit, in datione consistet omninò.

Quæ omnia de conditionibus ideò dicta fuerunt, ut testatoris nostri Vmberti dispositio conditionaliter concepta melius intelligatur. Quæ igitur sit natura huius conditionis, si duxerit in uxorem, uidendum est, si prius constiterit, an eam testator de iure apponere potuerit. Planè quòad primum ita dico. Quamuis
16 *† matrimonia libera esse debeant ex iurium constitutione, ut probatur l. Titia quæ ex alio, D. de uerbor: oblig. c. gemma; c. requisiuit, extra de sponsalib. ubi Panor. l. fin. C. eod. tamen qui debet contrahere matrimonium inuitari potest ad matrimonium contrahendum spe alicuius lucri, & sic quamuis hæc dispositio uideatur non ualere tanquam impediens libertatem matrimonii, quando dixit testator, si nupseris: tamen nihilominus ualida erit dispositio, quando testator non imposuit pœnam, qua ratione procedit regula dictorum iurium, sed lucri amissionem, l. Titio centum. §. Titio centum, in secundo, D. de condit. & demonst. l. 1. C. de instit. & substit. Vasq. lib. 1. de success. creat. §. 7. nu. mihi 38. glos. in d. l. ult. C. de sponsalib. Cum ergo testator noster non apposuerit*

pœnam

pœnam damni, ſed amiſsionem lucri, quia dixit, ſi duxeris in uxorem inſtituo te hæredem, aliàs uolo ut bona diuidantur inter pauperes Chriſti, non dubium quin eius diſpoſitio tanquam ualida, & iuri conſona obſeruanda ueniat, Vaſq. lib. 1. de ſucceſſ. creat. §. 10. num, 629. Quod procedere concluditur, quando aliquis inuitaretur ad matrimonium ab aliquo tertio,
17 *† ſecus ſi unus ex coniugibus ab altero inuitaretur, eo quòd militaret neſcio quid ſuſpitionis, eum ſcilicet non aliter quam libidinis occaſione illud offerre, Bart. in l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. ſi tibi nupſero, D. de uerb. oblig. Si tamen conſtaret non cauſa libidinis illud offerri, ſed propter aliam cauſam, ualeret talis oblatio, & inuitatio. Ex hoc autem appareret non eo animo factam, ſi nempe nobili, à minus nobili facta eſset, uel pro pace renouanda; ut ex eodem Bartolo ubi ſupra colligitur: ubi dicitur in eius addit. eo caſu non eſſe uenale matrimonium, ſed nobilitatem. Quæ ſunt uerba aurea. Quemadmodum dicitur, quòd quantũuis quis non obligetur, niſi in eo, quod recepit in dotem, & non in plus, nec ualeret confeſsio ſimulatæ receptionis, l. 1. C. de donat. ant. nup. eo quòd eſſet donatio, quæ eſt prohibita inter coniuges, l. 1. cum ſimil. D. de donat. inter uir. & uxor. l. donationes quas parentes,*

rentes, C. eod. quæ an firmetur iuramento tradit Palat. Ruu. in rubr. de donat. §. 51. per tot. Socin. regul. 104. incip. donatio. Thom Gram. Decis. 103. nu. 73. & 74. ubi dicit cõmunem esse ut firmetur, Aymon. Crauet. in consil. 245. num. 11. in 2. uol. latissimè Anton. Gabriel. lib. 3. tit. de donat. conclu. 3. Tamen si maritus esset plebeius, & uxor esset nobilis, uel multum benè merita, benè ualeret talis simulata confessio, uel donatio: quia esset quædam remuneratio, & compensatio nobilitatis, quæ remuneratio inter coniuges non est prohibita, l. quod autem. §. idem ait, si uir. D. de donat. inter uir. & uxor. ita pulchrè Bart. in l. si uoluntate, num. 2. C. de dot. prom. & in l. si diuortio, num. 4. D. de uerb. obligat. Bald. in l. 2. §. cred. D. si cert. pet. in l. 1. C. de donat. ant. nupt. & in l. penul. §. mulier, D. solut. matrim. Videndus omnino Palat. Ruu. in rub. de donat. inter uir. & uxor. §. 32. post quem eleganter posuit Anton. Gomes tomi. 2. cap. 3. num. mihi 23. uersic. dubium tamen, qui ad propositum citans uarios, idem esse dixit, quando uxor esset iuuenis, & maritus senex, ut ualeret talis confessio, seu donatio in compensationen iuuentutis, pulchrè docet Aymon Crauett. in consil. 51. proponitur in facto, num. 1. in 1. uolum. ubi latè exami-

examinat supradicta, latiùs Arius Pinel. in l. 1. in 3. par. num. 59. cum seqq. C. de bon. mater. Si tamen donatio fiat ob benè merita inter dictas personas prohibitas, illa benè merita sunt probanda, l. cum quis. §. pen. ubi Bart. D. de legat. 3. Pala. Ruu. in d. rub. §. 39. Pet. de Ancharan. in cons. 247. in Christi nomine. Dubium facit. Francis. Viu. lib. 2. commu. opinion. in 95. opinion. tradit remißiuè. Alphan. in collect. nu. ll. 883. ad l. si donatione, C. de collat. & in excessu non ualebit, ut docet Anchar. ubi supra, Capyc. in decis. 203. num 20. cum seqq. eo tamen casu sufficiet, ut merita probentur etiam per leuiores probationes, puta coniecturas, docet Alciat. regul. 1. præsump. in 16. præsum. nu. mihi. 2. Enimuerò
18 *in † matrimonio spirituali loquendo contrarium multi dixerunt ut monasterium spe lucri inuitari non possit, eo quòd eßet simonia, c. non satis, c. cũ in ecclesiæ, extra de simon. de cuius rei ueritate latißimè & eleganter Ias. in l. conditioni, num. 2. & 3. C. de instit. & substit. qui citat Bart. sibi contrarium, qui tandem Bartolus ita consuluit in d. l. Titio. §. Titio centum, in primo, D. de cond. & demonst. ut quando*
19 *sit hoc legatũ, † dicatur pro alimentis, per glo. in d. c. non satis, de sim. quemadmodum in simili dicitur, quod*

quam-

quamuis non ualeat donatio facta à clerico cõcubinæ, l. 2. cũ gl. C. de do. inter uir. tradit eleganter Palat. Ruui. in repet. rub. de donat. inter uir. & uxo. §. 37. & 39. neque talis donatio secundùm multos DD. possit firmari iuramento, Didac. Couar. Præses Hispaniæ in c. quamuis pactum, in relect. secundæ partis, §. 1. num. 4. in fin. de pact. in 6. at, si fiat pro meritis

20 *† ualida erit. Anchar. in consil. 247. dubium facit.*

Nunc de natura huius conditionis agendum, si duxeris in uxorem, ut secundùm quod promisimus adim-

21 *pleatur. Attende igitur. Conditio, † si Titiam, uel aliam duxeris, mixtam naturam sortiri dicitur, eo modo sumendo quatenus mixta dependet partim ex uoluntate honorati, partim ex uoluntate alterius, quia ad hoc ut quis hanc conditionem adimpleat, non sola eius uoluntas desideratur, sed etiam illius cũ quo conditio debet adimpleri, de quo extat exemplum in l. 1. C. de instit. & substit. His consequens est hanc con-*

22 *ditionem † in specie adimplendam quod omnibus aliis legitimis cõmune est, nisi repræsententur, l. Mæuius, D. de cond. & demonst. l. qui hæredi, D. eod.*

23 *d. l. 1. Hoc est non stet † per adimplere debentem. Nam illud peculiare est conditionum & regulariter*

in

in iisdem procedit, ut si per quem non stet, quo minus conditio adimpleatur ex parte sua, pro adimpleta habeatur, l. in iure ciuili, D. de reg. iur. & ibi, Dec. declarat sex modis, c. cum stat, ubi Dyn. in 6. eod. Rebuff. in tract. de pacific. poss. nu. 410. l. qui ex fratribus, l. uter ex fratribus, D. de condit. instit. quod fortè eueniet si honoratus sub conditione putà contrahendi paratus sit, mulier uerò recuset ei nubere,
24 *ut sæpe contingit. Sed id non sufficiet, † si conditio mixta, qualis est nostra, per casum defecerit, quoniam tunc honoratus non admittetur etiam si per eum non stare dicatur: cui rei exemplum præbere potest, si instituatur aliqua sub conditione, si nupserit Sempronio: si enim Sempronius moriatur, quamuis poßet dicere instituta, per me non stat, tamen nulla ratione admittetur, ad hoc est, tex. eleg. in l. in testamento, in secunda, D. de condit. & demonst. l. legatum, ubi Salycet. & alii, C. de condit. insert. Francisc. Aret. in cons. 121. Per quas ll. & doctrinã Bar. in d. l. in testamento, poßunt decidi multi casus, & maximè ille, si*
25 *dictum fuerit, lego centũ Titiæ si nupserit † consobrino suo: si enim Summus Pontif. non dispensauerit, an admittatur ad legatum, uel si dictum fuerit, relinquo centum si ædificaueris ecclesiam in domibus tuis,*

an admittatur, si Episcopus non uult dare licentiam, de quo Alex. in d. l. 1. nu. 4. de instit. qui cit. Bald. in uariis locis. Per illam l. in testamento, & doctri. Bart. ibidem potest decidi etiam casus Vmberti nostri testatoris, qui instituit hæredem amicum suum sub conditione mixta, si duceret in uxorem filiam suam.

26 *Primò igitur † ut ad casum accedamus, uidetur dicendum D. Hieronymum ad hæreditatem nō admittendum: quia non adimpleuit conditionem, quæ debet adimpleri in forma specifica, l. qui hæredi, l. Mæuius, D. de cond. & demonst. Iam ex aliis apparere uidetur contrarium, D. Hieronymum admittendum ad hæreditatem, cum conditio à iure repræsentetur, cum non stat per adimplere debentem, d. l. qui ex fratribus, l. 1. C. de instit. l. 3. D. de stat. liber. l. 1, C. de his quæ sub mod. Cum igitur nō steterit per ipsum, quia paratus erat nubere, conditio haberi debet pro adimpleta, nec hoc casu obstabit quod supra dictum est, conditiones debere adimpleri in forma specifica, quoniam illud uerum est nisi à lege repræsententur. Quid ergo dicendum in casu nostro? Quamobrem*

27 *† ut tota materia pateat, secundùm Ias. in l. 1. C. de instit. & substit. num. 9. si quæratur, an quando honoratur aliquis sub aliqua conditione, habeatur con-*

ditio

ditio pro adimpleta, & per consequens admittatur, tres casus sunt considerandi, quando scilicet quis instituitur sub conditione casuali, quando sub merè potestatiua, tertiò sub mixta. Primo casu, quomodocunq; deficiat conditio, siue per mortem, siue per factum alterius tertii, conditio habetur pro defecta, & per consequens legatarius non admittitur, in l. unica, in §. sin autem aliquid sub conditione, C. de cad. tollend. ea ratione, quia eo casu testator solum casum cōsiderauit, & nullo modo factum, & uoluit multum grauare legatarium, ideò spectatur dubius euentus, nec curatur qualiter deficiat, Bart. in l. in testamento, 2. D. de cond. & demonst. uersic. quando est conditio. Secundo casu pendet conditio à sola uoluntate adimplere debentis, putà, si seruum manumiseris, tunc si impediatur per casum mortis, honoratus consequetur hæreditatem, uel legatum, l. quæ sub conditione, §. quoties, D. de condit. & demonst. quia testator talem conditionem apponendo considerauit tantùm factum instituti, & eius uoluntatem, an per eum staret, nec ne, si ergo per eum non stetit, sed per casum consequetur hæreditatem, uel legatum, nisi probetur morosus, glo. in d l. 1. C. de instit. & substit. nisi testator expressè iußisset cōditionem uerè adimpleri, quo-

niam eo casu, si per casum deficeret, non consequeretur legatum, uel hæreditatem, secun. Bald. in l. si pater, in 3. quæst. C. de instit. & substit. Bart. in l. uter ex fratribus, D. de condit. & demonst. Dec. in l. in iure ciuili, nu. 3. D. de regul. iur. Tertio casu, qui ad nostrum pertinet, instituitur quis sub conditione mixta, quæ partim dependet à uoluntate adimplere debentis, partim à uoluntate alterius, ut in casu, d. l.
28 *1. C. de instit. & substit. & quemadmodum † conditio est mixta inter duas præcedẽtes, ita eligitur media uia: nã si quidem implementũ matrimonii impediatur per casum, putà mortis non debetur legatũ, nec hæreditas, in l. legatũ, C. de cond. inser. et ita propriè loquitur tex. d. l. in testamento 2. D. de cond. & demonst. & multò fortius, si impediatur matrimonium per casum mortis euenientem in persona eius qui debebat conditionem adimplere, habetur conditio pro defecta, l. sub diuersis, & ibi glo. com. recep. in §. fin. l. si ita expressum,*
29 *D. de cond. & demonst. Si † uerò conditio ista mixta, de qua in casu nostro non per casum defecerit sed per factum eius cum quo conditio adimpleri debebat, uel tertii, tunc Bart. distinguit in d. l. in testamento, cuius doctrinam dicit notandam Bald. ibidem, & Imola, refert & laudat Alex. in l. 1. num. 4.*

C. de

C. de inſtitut. & ſubſtit. quòd aut ille id directò agebat, & tunc conditio habeatur pro impleta; & alter conſequetur honorem, aut non directò agebat; & tunc habeatur pro defecta, & inſtitutus non admittatur, l. 3. §. ſi quis ſeruum, l. non omne, D. de ſtat. lib. quod eſt dicere, ſi illa perſona cum qua conditio debebat adimpleri, impedierit uel alius tertius quo minus conditio adimpleatur eo animo, ut impediret, putà: quia nupſiſſet alteri, ut in caſu ſuprapoſito, ut conditio in perſona ipſius adimpleri non poſſet, tunc habeatur conditio pro adimpleta ex parte alterius, quia dicitur directò hoc eſt ſcienter, & cum propoſito, & animo impediendi impedire: ſi uerò illa perſona impedierit conditionem adimpleri, non animo & intentione impediendi, ſed fortè fortuna & caſu quodam, forte quia neſciebat, quod eſt dicere indirectò, tũc conditio debet haberi pro defecta, ac ſi caſu quodam defeciſſet, & inſtitutus non admittetur, & ita iudicio
30 *meo uerba Bartoli ſunt intelligenda. In † dubio tamen dicit Bart. ibidem præſumendum eſſe perſonam cum qua conditio adimpleri debebat, eam directò impedire uoluiſſe, uerbi gratia in caſu noſtro Dom. Paulam eo animo nupſiſſe, ut impediret nuptias quas inter ipſam et Hieronymum iuſſerat teſtator celebrari:*

brari: ideò altera pars probare debebit, eam non nupsisse eo animo, & sic qui defendunt pauperes debebunt probare eam non nupsisse eo animo, ut impediret directò matrimonium, & sic conditio habebitur pro defecta, ac si per casum defecisset.

31 *Ideò † cum in dicto casu latè relato nupserit Domina Paula, & sic uisa sit conditionē impedisse adimpleri in persona sua, quam in uxorem ducere iussus fuerat D. Hieronymus, præsumendum est ex mente Bartoli eam nupsisse, ut directò matrimonium impediret, & sic erit fundata intentio D. Hieronymi, & ita ego existimo, & dico, quod nisi defendentes pauperes illud probauerint, D. Hieronymus omnino admittetur, & sic nunc pro eo respondeo. Neq; enim pauperibus fauendum est in præiudicium alterius, nec iustitia diuiti pro paupere est auferenda, ut inquit D. Augustin. reassumptum, in c. fortè, 14. q. 5. Rebuf. eleganter in commen. constit. Parisiens. trac. de senten. prouis. glo. fin. art. 3. uersic. notandum. Ex quibus omnibus, ad nostrum casum Vmberti testatoris manifesta resurgit explicatio, qui amicum suum honorauit sub conditione mixta, si duceret filiam suam in uxorem, ut ea omnia considerentur, ac perpendantur quæ in casu proximo declarata latè fuerunt,*

runt, ea mente ut iste casus clarus remaneat.

32 *Enimuerò † alia ratione niti potest intentio D. Hieronymi, de qua ego magnum festum facio, & fecerunt DD. non esse scilicet parendum conditioni quam testator apposuit dicendo si nupseris Titio, uel si duxeris Mæuiam, & nihilominus honoratum consequi hæreditatem, quando ei dedecus erat, & inhonestum talem ducere in uxorem, eleganter Odofredus in l.1.in fin C. de instit. & substit. per tex. mirabilem, in l. cum ita legatum sit, D. de cond. & demon. ubi Bart. declarat illam esse matrimonio indignam, quæ non potest duci in uxorem, sine dedecore secundùm mores ciuitatis, natalium considerata qualitate: ponitur exemplum in illegitima, uel illegitimo, qui dicun-*
33 *tur infames, † et ab omnibus arcendi, eleganter Barth. Cassan. in suo Catalogo, Gloriæ Mundi, in* II *parte, considerat.* 15. *Igitur cum in casu supradicto D. Hieronymus iussus esset nubere filiæ illegitimæ, quam ducere sibi secundùm mores ciuitatis inhonestum erat: uidetur, quòd omninò admitti debeat ad hæreditatem, etiam si conditioni aliqua ratione non paruerit, quod est in se pulcherrimum. Quæ iuuant in simili, de eo*
34 *qui à testatore iussus est portare arma, † & nomen suum, & sub tali conditione instituitur. Si enim no-*

men

men uile sit & inhonestum, nihilominus consequetur hæreditatem, quamuis nomen non aßumpserit, l. sed sciendum, l. facta. §. si sub conditione, & ibi Accurs. & DD. D. a S. C. Trebel. Quamobrem Felin. dicebat Doctor immortalis, in procemio Decretal. Gregorius Episcopus, num. 30. ex aliis DD. referens, imponenda eße nomina pulchra filiis, quia ex malo nomine sæpè oritur sinistra suspitio, citantur quæ sunt in glo. in c. licet, de elect. & refert Ioan. And. hoc dixiße sororem suam, in c. eum secundum, extra de præbend. latè Marian. Socin. in c. cum dilecta, extra de exceß. prælat. uidendus Ias. in rub. D. solut. matr. nu. 16. Aymon Crauetta in cons. 73. incip. dicendum uidetur, num. 13. in 1. uolum. & ibi Ias. dicit ex Ioan. Andr. & aliis, quem debere præcauere, ne in aliquo confidat, qui habeat turpe nomen, & sic si cognito nomine deposuerit res suas, & perdiderit eas, sibi imputet, quia fuit in negligentia.

35 *Nec mirum illud uideri debet de illegitimis, † cũ malè audiant apud Iuris. nec non apud legum conditores, eisq; quodammodo sint capitales inimici. Quale enim signum maius inimicitiæ eße poßet, quam mortis præparatio, quæ fit ab Imperatore legem condente, dum eis denegat alimenta? Authen. ex complexu,*

C. de

C. de incœst. nup. illud enim certum est eum necare, qui alimenta denegat, c. pasce, 86. dist. quantumuis
36 in hoc † lex Canonica sanctissima pietate mota, ac iusta ratione, à lege Ciuili recesserit, atq; disposuerit, ut illegitimis omnino alimenta debeantur, c. cum haberet, de eo qui dux. in matr. quam pol. prosequitur latè Card. Paleot. in tract. de notis & spur. Anton. Gabriel. lib. 6. conclus. tit. de alimen. conclu. 1. Didac.
37 Couarr. qui etiam tradit † quibus casibus spurii possint alimentis priuari, in Epit. super 4. lib. Decret. part. 2. cap. 8. §. 5. & 6. ante eum Palat. Ruu. Doc. excel. in repet. c. per uestras, extra de don. inter uir. §. 24. Guil. Bened. in repet. c. Raynun. in uerb. & uxorem nomine Adelasiam, decis. 5. num. 104. cum mult. seqq. extra de testam. Barthol. Cassan. in consuet. Ducat. Burgund. tit. des successions des bastardz. Pet. Duēnas in fallent. reg. 366. & 367. ubi latissimè Anton. Capyc. in decis. Regn. decis. 164. Vasq. lib. 2. de success. creat. §. 20. num. mihi 157. cum seqq. Petr. Rebuff. in constit. Paris. tract. de sent. proui. glos. 2. artic. 1. num. mihi 30. Cosm. Guymier in Prag. Sanct. tit. de concubinar. §. qui etiam, in uerb. cohabitare. Aymon Crauetta in cons. 219. in 2. uolum. & in cons. 199. in 1. uolum.

Qui fontes etiam docebunt qua ratione filia illegitima
38 *† dotari debet, ad l. uxorem, in §. pater naturalis, D. de leg. 3. an dos debeat esse conformis alimentis, & si excesserit, an in excessu reuocari possit. Quæ omnia procedunt respectu patris: nam in matre aliud*
39 *disponitur, distinguēdo † an sit illustris, nec'ne, l. si qua illustris, C. ad S. C. Orphic. quæ mater, ut illu-*
40 *stris multa priuilegia consequuta fuit, quorum † decem & septē ponit Cassan. in Catalogo Gloriæ Mundi, in 7. part. considerat 3.*

Ultra hæc alimenta, quæ lex Canonica illegitimis concessit, in aliis non fauit, & ita placuit illegitimum repelli (tanquam esset res inhonesta) à benefi-
41 *ciis simplicibus, † ordinibus quibuscunq;, tonsura, dignitatibus, maioribus, minoribus, pensionibus ecclesiasticis, & aliis plerisque, docet elegantissimè Petr. Rebuff. qui etiam docet à quibus, quomodo, qua causa dispensari possit, in Prax. benefic. tit. de dispens. respect. natal. per tot. idem in tract. de pacif. possess. num. 276 & 278. ubi ponit restrictionem, Thom. Gram. in decis. 81. num. 7. Illas omnes pœnas luunt filii propter patrem, cum ipsi non peccarint, sed alieno morbo laborent, Bart in l. spurius, D. de decurion. Videndus Cassan. loc. supra citat. par. 11. consid. 15.*

ubi

ubi dicit illegitimos repelli ab honoribus quibuscunq;, non posse portare arma familiæ, non posse esse testes, non posse Doctoratus gradum assumere, non retinere nobilitatē parentū, ut pulchrè dixit Pet. Duēnas, in reg. 69.

Verumenimuerò in casu nostro proposito, quo Vmbertus testator uoluit bona diuidi inter pauperes Christi, uidetur adeße maximus scrupulus, nam quomodò potuit persona cum qua conditio adimpleri debebat, præiudicare pauperibus Christi, impediendo scilicet directò conditionem adimpleri? Quamobrem ut omnia remaneant sine scrupulo, est aduertendum. Testator noster Vmbertus in sua dispositione, dum dixit, instituo Hieronymum hæredem, si duxerit in uxorem filiam meam, aliàs uolo ut bona diuidantur inter pauperes Christi, apposuit duplicem conditionem, alterā affirmatiuam respectu et fauore hæredis instituti Hieronymi: alteram negatiuam fauore & respectu pauperum. Voluit itaq; ut casu quo nuptiæ inter eosdem celebrarentur, pauperes excluderentur: sed lex uult ut quando conditio contrahendi putà matrimonium, uel alia eiusdem generis mixta deficit per factum tertii id directò agentis, uel illius cum quo conditio ad mpleri debet, conditio habeatur pro adimpleta, ac idem

 sit

sit, ac si matrimonium contractum esset, ergo nihil mirum si pauperes excludantur ab illis bonis in specie. Quod est ex præsumpta mẽte testatoris, quem est præsumendum uoluisse idem quod lex uult, Bar. & DD. in l. hæredes mei.§.cum ita, D. ad S. C. Trebell. quæ quidem lex æquiparauit hos casus, si deficeret conditio mixta per casum, uel per factum tertii id directò non agentis: & hos alios, esse scilicet cõditionem adimpletam, uel impediri directò per alium, ne adimpleatur. Quantumuis dubium non sit teneri ad æstimationem pauperibus, illum qui directò impediuit (ut in casu nostro præsumitur) ut iidem pauperes non admitterentur. Quoniam illa conditio negatiua, respectu & fauore pauperum apposita, defecit per factum tertii id directò agentis, si autem non directò impediisset, sed fortè fortuna, forsan quia nesciebat, uel aliàs, tunc ad æstimationem pauperibus non teneretur, ac idem esset, ac si illa conditio negatiua, quæ resultat ex dictis Vmberti, per casum defecißet, quo casu iam etiam aliàs pauperes admitterentur ad bona, propter defectum conditionis, in quem sunt uocati à testatore. Et ita in casu nostro persona quæ impediuit conditionem adimpleri, cum præsumatur id directò fecisse, ut supra dixi, ex Bart. tenebitur ad æstimationem pau-

peribus, nisi probet casu & fortè factum fuisse, non etiam directò respectu pauperum. Quæ sunt uerba multùm ponderanda.

Iam expedita uoluntatis testatoris declaratione, & dubio suprapositio, uisum est in simili de aliquibus conditionibus, quæ in testamento quotidie apponũtur, uerba aliqua proferre, quæ satis utilia erunt, & huic loco & casui benè accommodata.

Quid igitur dicendum, si ita disposuerit testator,
42 *relinquo mille aureos Sempronio, si nupserit, † si autem clericus factus fuerit, quingentos tantùm, uel, lego centũ Titiæ meæ si contraxerit matrimonium, si uerò religionem ingrediatur, quinquaginta tantùm, an si mo nasteriũ Titia ingrediatur, quinquaginta tantùm consequatur, & si alter clericus factus fuerit, quingenta tantùm, maxima est difficultas, & uix reperitur quæ sit communis opinio. Nam ut refert Anto. Gabriel.*
43 *lib. 4. conclus. tit. de legat. concl. 2. magis † communiter receptum est ut centũ consequatur Titia, etiam si monasterium ingrediatur, & Sempronius mille, etiam si clericus factus fuerit, ex Alex. cons. 35. in 3. col. & cons. 121. col. pen. uol. 2. & cons. 98. col. 1. uol. 4 Crot. in l. nemo, potest, D. de leg. 1. Socin. in cons. 269. col. 1. Ias. in Authen. si qua mulier,*

C. de

C. de sacrosan. eccles. eleganter Cott. in memorab. in uerb. conditio, ponit Couar. lib. 1. resolut. c. 19. nu. 9. Contra quos omnes alteram partem, ut tantùm Sempronius quingenta consequatur, si sit clericus, & Titia
44 *quinquaginta, si ingrediatur monasterium, † dicunt communem secundùm communem obseruantiam, & æquitatem. Bald. nu. 11. & cum eo Paul. in Authen. nisi rogati, C. ad S. C. Trebell. idem Castren. in l. Titiæ si nupserit, D. de cond. & demonst. ubi dicit etiam cõmunem, Dec. in c. in præsentia, nu. mihi 59. ex. de probat. & cons. 419. col. 2. qui asserit ueriorem hanc partem, & magis communem per aliqua fundamenta. Quomodò ergo iudex in tanta contrarietate DD. et discordia litem dirimet? Si enim ipse iudicare*
45 *tenetur secundùm ll. ac consuetudines, moresq́ ciuitatis, Authen. iubemus, C. de iudic. c. 1. de sent. & re iud. extra & in 6. his deficientibus secundùm communem opinionem, Bart. in l. fin. C. de pœn. iudic. Cott. in memor, in uerb. opinio commnnis, latißimè Alphan. in suis collectan. num. legg. 120. ad l. origo, ubi proprius locus, D. de offic. quæst. Neuis. in sylua. Quomodò iudicabit si uerè nescitur utra opinio sit sequenda? Fortè facere debebit, quod Felin. docuit in c. 1. de constit. num. 55. qui iudicem laudat in ualdè*

dubiis

dubiis opinionibus litem per medium diuidentem. Quamuis hoc uideatur iudicium rusticorum, qui statim atq; litẽ aliquã dirimere uolunt, per medium rem diuidunt, siue id iustum sit, siue iniustum, glos. in l. Næsennius, D. de neg. gest.

Quamobrem si mihi contingeret fauore religionis
46 *in dubio iudicarem, † l. sunt personæ, D. de religios. & sumpt. fun. c. fin. de sent. & re iud. Neuis. in sua sylua. Maximè cum id niti uideatur optimæ rationi, ne scilicet Titia distrahatur ab opere sanctissimo ingrediendi monasterium. Et quod maius est, dixit idem Gabriel. ubi supra num. 2. ita fuisse iudicatum in sacro Concilio Neapolitano, quantumuis decisio citata non loquatur in dicto casu, sed in casu infra explicando: nam aliàs si loqueretur, fortè secundùm eam esset iudicandum, quam dixit Hieronym. Cuchal. in add. ad Dec. in l. iura sanguinis, D. de reg. iur. maiorem habere authoritatem, quàm communem DD. sententiam, ex Andr. Barb. licèt uideatur loqui de decis. Rotæ Rom. dicendo simpliciter decisionem Rotæ, tradit Alphan. ad d. l. origo, in fin.*

47 *Sanè iste alter casus in difficili est, si iussisset † testator aliquẽ instituendo hæredem eundem cõtrahere matrimonium cum consilio & uoluntate patris sui, aliàs*

uellet eum priuari hæreditate, & si eßet institutus sub conditione, si contraheret de consilio eius, an non contrahendo cum consilio, hæreditate careat omninò. In hoc consuluit Crauet. quod est consilium in ordine primum, tres casus considerans, quorum primus ad propositum nostrum pertinet, an ualeat scilicet priuatio hæreditatis casu quo matrimonium contrahat institutus sine uoluntate & consilio illius, cuius consilium testator desiderauit, & dixit ualere talem priuationem hæreditatis aliquibus fundamētis me hercle debilibus, uoluntatem scilicet testatoris esse seruandam, maximè considerando ingentem amorem parentum erga filios, quos præsumendum est optimum consilium pro iisdem capturos, latè Felin. in c. afferte, extra de præsump. latißimè Tiraquel. qui nunquam paucis est contentus, in l. si unquam, in præfat. C. de reuoc. donat. deniq; differentiam faciens, an testator dixerit, si contraxeris de consilio, an uerò de arbritrio & uoluntate, qua ratione respondet ad tex. in l. cum tale. §. rescriptum, D. de cond. & demonst. ubi omninò. Papinian. reiicit illam conditionem quasi impedientem matrimonii libertatem, qua scilicet dicitur, instituo te hæredem, si arbitrio Titii nupseris: nam dicit Crauet. d. tex. procedere in suo casu, quando dixißet testator, si nupseris

pseris arbitrio, quo casu illud omninò honoratus sequi tenetur, secus esse si dixerit testator, ut in casu nostro, ut contrahat aliquis cum consilio alterius, quia ex tali consilio non impeditur libertas matrimonii, quoniam licèt consilium sit requirendum: non tamen est sequendum, nec est obligatorium, l. 2. cum similib. D. Mand.

Quæ omnia à Crauet. adducta iudicio meo parũ, aut nihil urgere uidentur, & primò nihil ualet fundamentum, quòd uoluntas testatoris seruanda sit, nam fateor id uerum esse, nisi repugnet legis dispositioni. §. disponat, Authen. de nup. attamen hoc directò contradicit. d. l. cum tale, in §. rescriptum, contra quam disponere, contra bonos mores uidetur, nec §. rescriptum, dedit ipse optimũ respons. ut infra dicam, quæ contra bonos mores facta nullius sunt momenti, c. non est obligatorium, cum simil. de reg. iur. in 6. Quamuis in hoc uideatur adesse maxima difficultas, quia dicit tex. in d.l. Titio centum. §. Titio centum, in 1. matrimonia debere esse libera quòad pœnam et damnum, non quòad lucri amißionem, ut consuluit Oldrad. in cons. 16. in 1. q. Felin. in c. 1. de sponsalib. num. mihi. 25. cum igitur in omnibus casibus suprapositis, siue dictum sit de consilio, siue arbitrio & uo-

luntate, pæna non imponatur, sed amißio lucri, ut etiam in d.§. rescriptum, qui aliàs incipit, si arbitratu, uidetur dicendum ualere talem priuationem: quare tu cogitabis, quoniam in .§. Titio centũ, in primo, d.l. Titio, dicitur matrimonia debere eße libera à pœna damni, non autem ab amißione lucri, & in §. rescriptum, aliàs incipit, si arbitratu, dicitur non ualere priuationem hæreditatis quando quis institutus est sub conditione, si nupserit arbitrio alicuius, cum etiam eo casu non sit pœna damni sed amißionis lucri.

Iam ad d.§. rescriptum (omittendo alia, & intelligendo in terminis in quibus ipse disputat) malè respondet qui clarißimè loquitur, reiiciendam illam conditionem qua dicitur, si arbitrio talis nupseris, quoniã non est quod faciat differentiam, an testator ista uerba proferat, si nupseris arbitrio Sempronii, uel cum consensu Sempronii, de uoluntate, uel consilio, nam hoc potius uidetur quædam nuga & circumuentio. Quamuis enim inspectis uerbis dum testator dixit, nubat cum consilio, uideatur dicendum non restringi libertatẽ, eo quòd non teneatur quis sequi consilium: tamen uoluntas non uerba spectanda est, d. l. hæredes mei, §. cum ita. D. ad S. C. Trebel. cum supra citatis. Quare omnnò est dicendum per illa uerba uoluisse

præcisè

præcisè testatorem, ut non nuberet nisi cum consensu, & uoluntate illius, quando dixit, de consilio, & ita re ipsa impedisse libertatem matrimonii, ac si dixißet, si arbitratu. Neq; enim circumuenienda est uoluntas testatoris uanis interpretationibus, l. si cui legatum fuerit relictũ, uers. neque enim, D. de cond. & demon. Constare autem hanc fuiße uoluntatẽ apparet ex his, primò quia testatoris dispositio aliàs frustratoria redderetur, quia forsan iußus contrahere nũquam sequeretur consilium alterius, quod de testatore præsumendum non est, cum præsumatur uoluisse facere actum ualidum & efficacissimum, quæ præsumptio est tantæ potentiæ, ut tollat omnes alias præsumptiones in contrarium, Dec. in l. in contrahenda, D. de reg. iur. quibus illud accedit, quia communis usus loquendi ita se habet, ut pariter dicamus cum consilio, cum consensu, uel cum arbitrio Sempronii, qui usus & consuetu-
48 do multùm † operatur, & dicitur dare significationem uocabulis, l. Labeo, ubi latè Bart. D. de supel. legat. l. librorum. §. quod tamen Caßius, D. de leg. 3. Et quemadmodùm testatoris dispositio declaratur, & regulatur à iure, & censetur testator conformare se cum dispositione legis, Bart. in l. hæredes mei §. cum ita, D. ad S. C. Trebell. Paul. Castren. in l. fin.

C. de uerb. sign. Vasq. in l. si quando, in princ. C. de inoff. testam. Felin. latè in c. causam quae, extra
49 *de rescript. ita etiam debet regulari à † consuetudine, & communi usu loquendi, & cum eis censetur se conformare, Inno. in c. olim, de uerb. sign. Panor. in c. certificari, extra de sepult. Felin. in c. cum M. Ferrar. num. 6. & 7. latè Ripa ibidem à num. 39. usq; ad 50. extra de constit. Ergo in casu proposito si dixerit testator cum consilio, reiicitur conditio, tanquam matrimonii libertatem impediens, cum ut dixi de eius uoluntate appareat, ut noluerit posse contrahere, nisi cum consensu & arbitrio alterius, quae omnia sunt reiicienda à libertate matrimonii, d. l. cum tale, in. §. rescriptum, & circa ea uidendus Couarr. in Epit. super quarto lib. Decret. part. 2. & 3. §. 8. num. 3. licèt omnia à Craueta adducta quodammodò admitti possent propter paternum amorem, quem ipse considerat, & eius consilium, quod testator iussit in matrimonio requirendum, & uidemus in hoc casu qui pulcherrimus est quandam similitudinem. Aliquis extraneus reliquit centum pro dote Semproniae, putà, si matrimonium contraheret cum Titio, contrahit Sempronia cum alio propter patris uoluntatē, an illa cētum consequatur? in quo casu quamuis ualdè*

dubio

dubio dixit Couar. in d. Epit. super quarto, parte 2. c. 3. §. 8. num. 2. Semproniam excusandam omninò, & idem legatum consecuturam, ac si cum Titio con-
50 *traxisse propter patris superioris uoluntatem, † quæ semper censetur excepta, l. fin. D. qui satisd. cogant. ubi Ias. latissimè, & ita dixit, se non mirari ita consuluisse D. Philip. Bertrand. in cons. 148. in 1. uol. uidendum in simili, caput mulier, 22. q. 3. Quod quam sit utile considera, quamuis scrupulo non careat, & non est in animo nunc examinare. Istud pulcherrimum est in tota hac nuptiarum materia, patre deficiente si discordent consanguinei in maritanda puella, eundum esse ad iudicem, qui se interponere debebit, Bart. in l. ult. in fin. D. de appellat. recip. idem in l. si cum dotem. §. eo autem tempore, D. solut. matrim. ponit Abb. in c. tuæ, de cleric. non resident. sequitur Bald. in l. in coniunctione, C. de nupt. refert. Felin. in rub. de treug. & pac. mihi num. 8. occasione eius quod tradit in ea rub. an & quando iudex cogat ad concordiam, & latissimè in eius addit. in uer. iudex supplebit.*

His omnibus casibus de conditionibus loquentibus hic alter succedit qui elegans est: quid iuris si testator
51 *alicui mulieri legauerit mille, si nupserit, † aliàs nihil,*

nihil, si illa mulier fortè non nubat, sed monasterium ingrediatur; an consequatur legatum? in quo breuiter dicerem legatum consecuturam; quia uidetur impleta conditio, & nupsit sponso nempe cœlesti, ac religionem ingressa est ut Deo seruiret, uita enim cōtemplatiua salubrior est quàm actiua, c. sanè, extra de regular. et matrimonium spirituale fortius est carnali, c. inter corporalia, de translat. prælat. Posteà reperi idem posuisse Anto. Capyc. in decis. Regn. Neapolit. decis. 104. num. 2. Afflict. in simili, decis. 348. ubi uoluit filiæ ingredienti monasterium dotem dandam, hoc iuuat in simili eiq; præbet argumentum, quod dicitur in Authen. Nisi rogati, C. ad S. C. Trebel. eum qui rogatus est hæreditatem restituere, si sine filiis decesserit, non uideri sine eis decessisse, si monasterium fuerit ingressus, sed monasterium haberi loco filii, ad quæ uidendus Couar. lib. primo Resolut. cap. 15. num. 7.

Econtrariò, si aliquid legasset testator sub con-
52 *ditione, † si non nupserit, quomodò de hac conditione iudicabitur? in hoc est attendendum. Nam hoc iure utimur, ut si conditio apponatur uirginibus, omninò sperni debeat, & nihilominus uirgo consequatur legatum: at si uiduis apponatur, obseruari debeat sub pœ-*

na

ria priuationis legati: ita ponitur in Authen. cui relictum, C. de indict. uiduit. tollend. ubi cõmun. DD. Quod idem in masculis iudicium obseruatur, l. fin. C. eod. Quantumuis illud permissum sit ab Imperatore Gordiano, ut hæc conditio inducens uiduitatem non debeat reiici, neq; aspernatur, quando apponitur non
53 *personæ mulieris, sed alteri † extraneo, putà si dictum sit, relinquo centum Sempronio, si Seia non nupserit. Eo enim casu debet hæc conditio adimpleri, etiam si Seia fuerit uirgo, ad hoc, ut legatarius legatum consequatur. l. 1. C. de ind. uiduit. toll. cui illud potest*
54 *inferre præiudicium, nisi scilicet extraneus † ille esset adeò coniunctus mulieri, uel amicus, ut posset præsumi eam non nupturam, ut legatarius consequeretur legatum, tex. elegans in l. hæres meus. §. fin. D. de cond. & demonst. Bart. in l. Titia, num. 2. & ibi Paul. Cast. D. de uerb. oblig. quibus Bart. addit idem esse, quando ille extraneus esset rogatus restituere mulieri hæreditatem, in l. mulieri & Titio, in fin. D. de cond. & demonst. per l. auia. §. Titio, D. eod. ubi declarat illam conditionem in uirgine etiam non sperni, quan-*
55 *do fuisset inducta uiduitas usque ad certum † tempus, respectu certi loci, uel certæ personæ, idem Bart. in l. sed si hoc specialiter. §. fin. D. eod. quæ me herclè*

ſunt admodùm utilia ſuo tempore, quando caſus oc-currerit.

Sed nec minus utile eſt, quod nunc dicam: quidam
56 *teſtator pone, reliquit mille uxori ſuæ, ſi caſtè † ui-xerit, nubit poſteà illa mulier, an legatum amittat? de hoc eſt gloſ. in d. l. fin. C. de ind. uid. tol. dicens per talia uerba non impediri mulierem, quin impunè poſsit ad ſecunda uota tranſire, & legatum conſequi, Bart. in l. mulier. §. cum proponeretur, D. ad S. C. Trebel. idem in d. l. fin. à quo ibidē recedit Iaſ. num. 31. in medio, & reſpondet ad d. §. cum proponeretur. Aret. in §. iuris præcepta, de iuſt. & iur. ideò dat gloſ. conſilium, ut dicatur, ſi honeſtè uixerit, & ad ſecunda uota non tranſierit, in d. l. fin. quæ omnia illuſtrat Couar. in Epit. ſuper quarto. par. 2. c. 3. §. 9. num. 11. Licèt hæc omnia quæ ſupradicta ſunt ex eo poſsent reprehendi, quòd repugnent communi uſui loquendi, quo ita dici ſolet, ac conſueuit, ſi caſtè uixe-rit, quaſi ſi uitam uidualem ſeruauerit. Quare ego di-cerem per hæc uerba ſola, ſi mulier tranſeat ad ſecun-da uota, perdere legatum, primò quod repugnet com muni uſui loquendi, ut iam ante me ipſum exiſtimaue-rant Pet. de Anchar. & Imo. in c. quod ad te, extra de cler. coniug. relati per D. Felin. † qui infinitas pro-pemodùm*

pemodùm decisiones per hunc communem usum loquendi determinatas adducit in proœm. Gregor. num. 7. Communi enim usu loquendi attento, non uiuit castè mulier, quæ secundò nubit, ut idem Felin. refert. His addo tex. mirabilem in c. hoc sacramentum, fin. 32. q. 2. ubi probatur id manifestè, dicitur enim, hoc sacramentum confirmat concilium, ut uiduæ quibus placuerit, teneant castitatem, ergo à contrario sensu, si uidua nubat iam non tenet castitatem: quod argumentum in iure ualidiss. est, l. 1. cum simil. D. de offic. eius, Euerard. in loco à contrario sensu. Nec mouerer quod iure inspecto castè uiuat mulier secundò nubens, c. fin. de secund. nupt. ideò per talia uerba, si castè uixerit, eam non prohiberi secundò nubere, & castè uiuere dicetur. Nam ut aliàs dixi, uoluntas testatoris spectari debet, quæ censetur conformis consuetudini.

Ad hæc sententiam meam adiuuat, quia si dicta uerba, si castè uixerit, nõ operarentur, ut mulier non posset secundò nubere, testatoris inspecta uolũtate sequeretur ad nullum effectum, & frustra esse posita, & denique nullum effectum operarentur, cum sciat testator, qui præsumitur scire leges, l. leges sacratissimæ,
59 *C. de legib. etiam si dicta uerba † non apposuisset, iam mulierem legato priuãdam uenire, si uitam inho-*

nestiam degeret, cum, quod magis est, perdat patrimo-
60 *nium suum,* † *nempe dotem & bona parapherna-lia, c. plerunq;, de don inter uir & uxo. Dec in rub. C. de eden. & de iudic. Rip. in rub. de iudic. Cott. in in memorab. in uerb. mulier propter. Couar. in Epit. super quarto, secunda part. c. 7. §. 6. Ang. in tract. malef. in uerb. che hai adulterato la mia donna, num. 27. Alciat. qui loquitur in uidua, & est casus noster, in tract. de præsum. reg. 2. præsump. 9. Felin. in c. pastoralis, num. 5. de iudic. Crauet. cons. 205. lo-*
61 *quentes in uidua. Et* † *illud de legato amittẽdo, si in-honeste uiueret uidua, esset ex præsumpta mente testatoris, qui si cogitasset, legatum nõ fecisset, Bart. eleganter in l. moribus D. de uulga. subst. ibi Socin. & alii, ubi adducit coniecturas, ex quibus censeatur uoluisse testator matrem excludi à successione per tacitam pupillarem, eleganter ibidem Ripa num. 46. 50. & aliis, Ias. in l. precibus, num. 8. cum seqq. C. de impuber. Guiller. Bened. in d. rep. c. Raynuntius, in uerbo, si absq; liberis. 2. num. 92. cum seqq. in tract. pupill. substit. & inter eas ponit idem Bart. si mulier*
62 † *post mortem uiri inhoneste uixerit. Attamen illud certum est, uerba testatoris ad aliquid esse prolata, et aliquem effectum debere operari, cum ipse præsumatur*

uoluisse

uoluiſſe facere actum ualidum, quæ præſumptio, ut
63 *ſupra dixi, eſt tantæ potentiæ,* † *ut tollat omnes alias in contrarium, ex Dec. in d.l. in contrahenda, num. mihi 6. & 7.*

Enimuerò de hoc alio caſu magnum feſtum facit Iaſ. ex Caſtren. ille nu.30. in l.fin. C de ind. uid. tol. quid ſi teſtator ita conceperit diſpoſitionem: Relinquo
64 † *mille uxori meæ, ſi ad uiduitatem peruenerit, cum ad uiduitatem peruenerit, uel ſi uidua erit: an neceſſe ſit mulierem peruenire ad uiduitatē, & in eadem permanere, an uerò ſufficiat, ut ad uiduitatem ſemel peruenerit: in hoc caſu ponit Caſtren. ſe Venetiis conſuluiſſe, & conſilium ſuum fuiſſe in cauſa Dominos Magnificos Venetiarum reuocaſſe deliberationem, quia habebant in animo condemnare quandam mulierem, cui legatum fuerat à marito, ſi uidua erit, ex eo quod eſſet mens teſtatoris & uoluntas, ut illa mulier duraret in uiduitate, quoniam mulier illa contraxit ſecundas nuptias, & conſuluit Paulus, ut dicta conditio in momento adimpleretur, l. ſi quis hæredem, ubi dicit ſe docuiſſe Iaſ. C. de inſtit. & ſubſt. l. 4. C. quād. di. legat. ced. Gabriel. lib. 4. tit. de fideicom. conclu. 7. Quo uiſo conſilio palinodiam recantarunt, & ſic tulerunt, ſentētiam pro muliere. Tu uideris, quoniam hoc uide-*

tur repugnare uoluntati testatoris, quæ potius est spe-ctanda, ut supra dixi.

Propter quam uoluntatem & mentem testatoris spectandam consuluit D. Oldrad. in cons. 16. Thema tale est, Titius. quod si testator mandauerit filiæ
65 *ne nubat, † nisi Doctori, sub pœna priuationis legati, si filia nubat Doctori, postea mortuo marito contrahat secundas nuptias cum alio nõ Doctore, perdat legatum omninò, nec sufficiat si semel Doctori nupserit, contra regulam l. boues. §. hoc sermone, D. de uerb. sign. ubi latißimè Tiraq. & hoc consilium fecit magnũ honorem D. Paulo Castrensi, ut refert idem Castren. in l. hoc genus, D. de cond. & demon. at istam Oldrad. decisionem extollit, & pro egregia citat D. Ias. in l. duobus reis. §. si ei qui, D. de iureiur. & in l. diuortio. §. quod in anno, D. solut. matrim. decidi potest in simili idem esse, si hæc uerba protulerit testator, non nubat nisi de familia.*

66 *Nunc de eo agamus, † quod quasi uicinum est: si ita dixerit testator: relinquo mille Semproniæ, si contraxerit matrimonium cum milite, aliàs nihil, si non cum milite, sed cum Doctore contrahat, an legatum consequatur? in hoc omißis quibuscunq; dicendum ita putarem, ut conditio adimpleta uideatur omninò.*

Nam,

Nam superſedendo multis uerbis, quæ à DD. afferuntur, qui de milite & Doctore tractatus fecerunt, Chriſt. Lanfr. Signorol. de Homod. & alii, pondero ſolum textum in l. aduocati, C. de aduo. diuerſ. iud. ubi Imperatores Leo, & Anaſtaſius aduocatos
67 *milites & equites crearunt, † maximè ibi, neq; enim ſolos noſtro imperio militare credimus illos, qui gladiis, clypeis, et thoracibus nituntur, ſed ēt aduocatos: militant nanq; cauſarum patroni, qui glorioſæ uocis confiſi munimine, laborantium, ſpem, uitam, ac poſteros defendunt. At de Imperatoris poteſtate nemo dubitat, cum id quodammodò ſit ſacrilegium, cui uel aliis non recognoſcentibus in ſuis terris ſuperiorem, reſeruatum eſt milites, uel equites creare, (de quorum præcedentia, ſi fuerint creati à Rege, uel à Duce, ponit Fel. in rubr. de maior. & obed.) quemadmodum & natalibus reſtituere, l. 1. C. de iur. aur. annul: & multi*
68 *alii caſus, quorum † præter Baldum in d. l. 1. Inno. in c. cum P. tabellio. de fid. inſtr. refert ducentos, & octo Barthol. Caſſan. in ſuo catalogo Glor. Mund.*
69 *in 5. par. conſid. 24. † refert 90. Durand. uir maximæ autoritatis in ſuo Speculo, tit. de legat. in §. nunc oſtendendum, ubi loquitur de Rom. Pontific. Quæ incidenter dicta ſint, nunc ad rem reuertamur,*

Hanc

Hanc meam sententiam illud maximè adiuuat, quia
70 *† priuilegia concessa militibus, competunt etiam DD. Quibus consequens est priuilegium, l. miles, D. de re iud. DD. etiam concedi, secundùm Bart. glo. & alios. ibidem. Idem credendũ est de illo, quod reperitur in l. 2. ſ. de donat. inter uir. ut ibi glos. docet. In hoc etiam omnes concordant, ut quemadmodum miles torqueri non potest, l. milites, C. de quæstion. (& ponit multas*
71 *personas eodẽ † priuilegio utentes Hippolitus Marsilius in sua prax. §. expedita, num. mihi 27. & seqq. qui num. 46. tradit, an si tales personæ de facto torqueantur, & confiteantur, talis cõfeßio sit nulla:) ita nec Doctor torqueri poßit, per glos. in d. l. milites: quinimò dicit ibi Albericus relatus à D. Ripa in l. centurio, D. de uulgar. num. 14. quòd in casibus in quibus Doctor uenit torquendus, & etiam miles, putà in crimine læsæ Maiestatis (quòd in ea causa sola omnibus æqua conditio sit, l. 4. C. ad l. Iul. Maiest.)*
72 *debet torqueri † Doctor tortura nobiliori. quod est dictum elegans & singulare. His addi potest, nõ eße Doctorem, quãdo casus aduenerit, ut in carcerem detrudatur, eo loco custodiendum, ubi solent, & alii custodiri: quinimò eius dignitatis ratio est habenda, ut mandarunt Impp. in l. ult. C. de accusation. ibi, habita*

bita tamen dignitatis æstimatione, attamen Doctorem esse in dignitate clarum est, c. quanto, extra de magistris, ubi latè Felin. qui dicit communem, Bart. in l. 1. C. de dignitat. idem in 1. const. C. Bald. in l. 1. num. 5. uersic. item nota, D. de iust. & iur. Andr. Tiraq. in tract. de nobilit. adeò ut elegantiss. dicat Matth. de Afflict. in præfat. trac. de iure prothom. nu. 3. Doctoris dignitate nihil altius. Qui Doctores dicuntur Domini, ex eo quòd imperitis dominentur, ut colligi potest ex Bal. in Authen. habita. C. ne fil. pro pat. & etiam illustres, ut probatur in proœm. DD. in rubr. & in confirmatione. §. nos itaq; more solito, eisq; insignia dantur Doctorea, tanquam principibus, Bald. in l. 1. num. 5. uersic. item nota, D. de iust. & iur. ac debent inuitari à magistratibus ad sedendum, l. ultim. C. de offic. ciuil. iudic. dicuntur enim stellæ in perpetuas æternitates mansuræ, cap. fin. extra de magist. Felin. in rub. de magist. num. 5. Quamobrem cum Doctor in omnibus, & per omnia militi comparetur, dicerem in casu suprapositio impleuisse conditionem, illam quæ iussa est nubere militi, si Doctori nupserit, reliqua uide per Doctores citatos.

Enimuerò si dixerit testator, relin quo centum

Titiæ

Titiæ si nupserit digno, si legataria indigno nubat, quomodò sit iudicandum, & multa in materia ponit Roderic. Soarez, ad l. 2. tit. de los casamientos. et an filia poßit exhæredari si nubat sine patris consensu, tradidit elegantißimè Fernand. Vasq. Hisp. lib. 1. de success. creat. ad l. quoniam in prioribus. §. 10. num. 623. & nu. seq. ubi ponit quid in dote. Si autem filia nubat ignominiosè sine patris consensu, potest dote priuari etiam de iure Canonico, ita dicit communem ubi supra idem Vasq. num. 633. An uerò mater inhonestè uiuēs poßit filiam exhæredare, si sit meretrix, tradit idem lib. 3. de success. creat §. 30. num 173.

Iam de eo agatur, quod breue et pulchrū est, supra adductas conditiones, ita à testatore cōceptas, si nupse-
75 *ris tali &c. hoc habere peculiare, ut intra † triennium post pubertatē, adimpleri debeant uel cōstare quòd nō stat per adimplere debentē, ut docet Ias. in l. 2. §. fin. C. de instit. & subst. & est textus in l. 2. §. ult. C. quan. & quib. quarta par. aliàs amittetur legatum, ita communiter teneri asserit Fernand. Vasq. lib. 3. Controuers. Illust. c. 94. nu. 6. quamuis multa in contrarium adducat: ad quem recurrendum, quando dubitabitur, an conditio illa, si intra 15. annum non*

nupse-

nupserit, reiicienda sit, nec ne, ubi supra num. 20.

Nunc dubium in eo uersatur, quid si testator ali-
76 *menta alicui legauerit, quòad † morabitur cum Sem-*
pronio: si moriatur Sempronius, an nihilominus ali-
menta debeantur, nec mirum si dubitetur, cum regu-
la generaliter traditum sit, deficere disposita, si condi-
tio mixta per casum defecerit, d. l. in testamento, cum
supra à me adduct. nihilominus tamen, contrariũ ius-
sum obseruari ab Imp. Antonino in l. 1. *C. de legat.*
ut nihilominus alimenta debeantur, & ibi Bar. Paul.
& Alex. qui multa decidunt. Quod non alia ratio-
ne puto dictum: quamuis glossa ibidem multa consi-
77 *deret, nisi fauore alimentorum: quorum † gratia in*
multis à lege est dispensatum, l. Mela, de aliment. &
cibar. legat. l. ait prætor, D. de transact. l. de ali-
mentis, C. de transact. l. 1. *C. de fideicom. Felin. in*
c. ult. de treug. & pac. nu. 5. *propter specialem ra-*
tionem militantem.

His consequentia sunt, quæ Ias. dicebat in d. l. 1.
num. 5. *& alii DD. quid iudicandum, si maritus*
78 *alimenta uxori legauerit, si cum filiis † morabitur,*
(quo casu non debet omni momento cum eis morari, l.
si ita legatum fuerit, ubi Bart. D. de condit. & de-
monst.) neque aliàs declarauerit se uelle eam per-

g *manere*

manere in habitu uiduali: si mulier iterum nubat, & uirum suum ducat in domum, an poßit expelli, & legatũ amittat. In hoc determinat *Ias.* ex *Bald. Ang. & Salyc. poße mulierem expelli de domo unà cum marito, & legato omnino priuandam:* corroborat ex mente eiusdem *Bald.* in l. uoluntas, C. de fideicom. qui eleganter dicit, ea ratione interpretandum legatum à marito uxori factum, donec steterit in domo ipsius, ut in habitu uiduali stare teneatur. *Hoc forsan tu demiraberis, cum maritus tantùm dixerit, si cum filiis morabitur, & non expreßerit alia uerba, si in uiduali habitu permanserit:* quo casu clamat regula: contra eum qui legem potuit apertius dicere interpretationem eße faciendam, l. ueteribus, D. de pact. l. Labeo, D. de contrah. empt. c. contra eum, ubi Dyn. de reg. iur. in 6. clamat & alia, propositum in mente retentum nihil operari, & dici uoluntatem abortiuam, l. si repetendi, C. de condic. ob caus. Nec procedere uideatur alia, qua dicitur uoluntatem spectandam, l. hæredes mei. §. cum ita, cum simil. infra citat. ad Senat. D. ad S. Cons. Trebellian. cum communiter dicatur uoluntatem, ac mentem disponentis ex uerbis desumendam, l. Lucius, D. de hæred. instit. l. Labeo, uersic. idem Labero, D. de supellec. legat. cap. secundo



do requiris, de appellat. c. is autem, 22. q. 2. c. ult. de uerb. sig. posuit eleganter Bald. in consil. 102. lib. 3. ubi dixit quod uoluntas hominis consistit in uerbis, sicut facies in speculo, pulchrè Crauet. cons. 35. nu. 6. Rip. in d.l. hæredes mei.§. cum ita, eleganter Grámat. in decis. 73. num. 13. ubi dixit uerba aperire disponentis uoluntatem, per l. idemq́ .§. si cui, & l. si uerò non remunerandi.§. idem Papinian. ubi Bar. D. mandat. aliàs cuilibet liceret coniecturas, ac quodammodo chymeras effingere ad uoluntatem testatoris declarandam, cuius declaratio ad iudicem pertinet, l. uoluntatis defuncti, C. de fideicom. Et ita idem rectè dixit Bald. Iurisprudentiæ secretarius, ut refert Ias. in l. 3. C. de liber. præterit. linguam organum esse intellectus, tubam, & eius præconem, & uerbum uoce prolatum, nuncium esse mentis. Tu cogitabis hæc omnia, qui meliori ingenio, & acriori me ipso præditus es, an in hoc casu illa uoluntas ex uerbis desumatur, & ex omnibus facies tibi resolutionem, quando casus occurrerit.

Ego id tantùm scio, per solum transitum ad secundas nuptias, mulierem iam priuari proprietate lucrorũ, quæ à primo marito consequuta fuit, l. fœminæ, C.
79 *de sec. nup. & sic teneri † reseruare liberis prioris matrimonii.*

matrimonii: quemadmodum & maritus, l. generaliter, C. eod. tit. Quæ omnia declarat, ac restringit eleganter Anton. Gabriel. lib. 3. conclus. tit. de secund. nupt. conclus. 1. ubi conclus. 2. ponit de alienatione. latè Alphan. qui citat multos, in collectan. num. ll. 17. pulchrè Afflict. in decis. Regn. decis. 75. & in addit. ubi citantur multa consilia.

Enimuerò in his omnibus breuiter animaduertendum, pœnas impositas secundò nubentibus, duplices
80 *esse, † ac in duplici genere constitutas, ut Dec. Ioan. de Garronib. & alii ponunt in rubr. C. eod. Quædam enim sunt pœnæ impositæ secundò nubentibus in merũ odium ipsorum, ut sunt pœnæ impositæ in l. 1. C. de sec. nupt. ubi inter alia dicitur, ut mulier secundò nubens sit infamis, si intra annũ luctus nupserit. Aliæ sunt pœnæ impositæ principaliter in fauorem liberorũ, ut potè teneantur reseruare lucra omnia, ex priori coniuge acquisita, liberis prioris matrimonii, d. l. fœminæ: non possint relinquere plus secundæ uxori, uel è contra, quàm relinquunt uni ex filiis prioris matrimonii, cui minus relinquunt, l. hac edictali, C. eod. ad quam spectat quod scripsit Cassan. in consuet. Ducat. rubr. 6. des enfans, §. 1. per tot. ubi retulit ex Dec. cautelas aduersus illam legem: quæ an possit*

tolli per statutum, latè docuit *Ias. in Authen. præterea, C. un. uir & uxor, nu. 13. cum seq. & nu. 15.* facit tres casus: omnia illustrat *Gabriel. lib. 3. conclus. tit. de secund. nup. conclus. 4. ut mulier secundò nubens non possit reuocare donationem factam filio, l. his solis, C. de reuocand. donat.* ut etiam mulier secundò nubens priuetur tutela filiorum, in *Authen. sacramentū, C. quand. mul. tutel. offic. Aymon Crauet. cons. 17. num. 1.* triplici ratione, maximè illa quia præsumitur mutata affectio, quam habebat in filios, ut ibi per eum: quo casu scriptum est eam priuandam successione filii impuberis, si intra annum tutorem nō petierit, *l. sciant cuncti, C. de legit. hæredib. l. cum à matribus, C. qui pet. tut. l. omnē, C. ad Tertul.* latè ponit *Ioan. Neuis. in sylua lib. 2. num. 52. cum mult. seqq.* latiss. *Grabriel. lib. 3. conclus. tit. de secund. nupt. conclus. 9.* docet *Christoph. Castill. in cons. 39. nu. 11.* eleganter *Francis. Aret. in cons. 40. incip. in Christi nomine,* ubi quærit de multis dubiis, & maximè de illo, an mater perdat legata, uel fideicommissa sibi à marito relicta, si transeat ad secundas nuptias, non petito tutore ipsi filio, neq; reddita ratione, & in ultimis uerbis concludit non perdere, per tex. & ibi *Bart. in l. credendum. §. 1. D. qui pet.*

tutor.

tutor. & ibi consulit mulieri, ut accedat ad iudicem, & dicat se uelle contrahere secundas nuptias, & renunciet tutelæ, & procuret in effectu dari filio tutorem, & sic erit secura, & similes. Priores pœnæ impositæ in odium secundò nubentium, sublatæ sunt
81 de † iure Canonico, c. ult. de secund. nupt. at uerò posteriores appositæ in fauorē filiorū, (quos præsumit lex à matre secundò nubente exscoriandos, ut tradit Affl. in decis. 357. per l. lex quæ tutores, C. de admin. tut. & Auth. ad hæc, C. quando mul.) etiā durant, declarat Cassan. ubi supra, Ant. Gab. ubi supra conclus. 5. & 6. elegantis. qui citat infinitos Doctores, pulcherrimè Didac. Couar. Præses Hispaniæ in epitom. super 4. parte. 2. cap. 3. §. 9 nu. mihi 4. & 5. Afflic. decis. 75. num. 6. Et ita quamuis hodie mulier non patiatur pœnas appositas in odium ipsius, si secundò nupserit, & sic non sit infamis, per d. c. ult. & penul. & ibi Innocen. & Hostiens. Cardin. Butrio, Anchar. tamen patietur pœnas appositas in fauorem liberorum, ut ex supra citatis fontibus facillimè
82 colligetur. Quid tamen dicendū sit, si mulier † transeat ad secundas nuptias de consensu filiorū, an tunc incurrat pœnas appositas in fauorem eorundem? declarat pulchrè Ias. in l. ambiguitates, nu. mihi 3. & 4.

C. de

C. de indic. uiduit. tollend. ubi citat Bald. docet Decius in l. nemo fraudare uidetur, D. de reg. iur. num. 5. qui citat multa, & in eius addit. citatur Roman. Bertrand. & alii: quæ omnia non multùm impertinenter dicta, sunt utilissima, & de pane quærendo.

Illis de legato dictis à Ias. illud accedit, quod ab eodem in d. l. 1. examinatur: quomodò Iudex se ge-
83 rere debeat, si uxori à uiro legatum fuerit, † quandiù dotem non repetierit, an si ultro eidem offerentibus, dotem acceptauerit, legatum amittat: à quo est quærenda determinatio.

Iam in materia conditionum inter omnes casus, iste me hercle pulcherrimus est. Quid si testator dixe-
84 rit, relinquo mille filio meo, si studuerit: an † legatum consequatur filius, si reipsa studuerit, sed tamen Doctoratus gradum non acceperit. In quo determinat Hippolit. Marsi. in l. is qui cum telo, C. ad l. Corn. de sic. filium illa mille non consecuturum; nisi Doctoratu fuerit insignitus, ut ponit Sesse in addit. ad Doctorem Nauarrum Azpilc. in manual. cap. 17. §. 16. sub num. mihi 160. exemplo eius, quod idem dicit: libros quos pater filio ministrat ratione studiorũ, non effici bona castrensia, si filius ad Doctoratum non peruenerit. Ille nunc se offert, qui à Baldo tangitur,

tur, quomodò sit iudicandum, si dixerit testator: relinquo libros Theologiæ filio meo Francisco, si fuerit Doctor in Theologia, at uerò si fuerit Doctor in iure Canonico, relinquo libros canonicos, si filius consequutus fuerit gradum Doctoratus in Theologia, & iure Ca-
85 nonico, † an consequi debeat libros in Theologia, & libros canonicos. In hoc determinat Bald. in l. ult. C. com. de legat. ni fallor, filium hæc duo librorum genera consequuturũ, si in iure Canonico, & in Theologia Doctoratus gradum assumpserit. Tu uideris, quoniam ego scio regulas clamantes, casum omissum haberi pro omisso, l. si cum dotem D. solut. matr. l. commodissimè, D. de lib. & posthum. interpretationem semper esse faciendam, ut hæres minus grauetur, l. unum ex familia, D. de legat. 2. Et si uoluisset, dixisset, l. duo sunt Titii, D. de test. tut. adeò quod potiùs toleretur, ut uerba nihil operentur quàm hæres grauatus censeatur, Crauet. Consil. 86. nu. 10. & cons. 32. num. 3. & cons. 187. nu. 3. & cons. 149. num. 15.

Nunc pro complemento (nam pauca de conditionibus dicta sufficient) ad illud maximè attendendum, quod commune dixit Eman. à Costa in l. Gallus §. & quid si tantum, in tertia parte, D. de lib. & posthum.

posthum. conditionibus istis, ut quibuscunq; legatis,
86 *uel relictis adiectæ, atq; in unum casum conceptæ, ex uoluntate testatoris, ad similem casum trahantur, ac dilatentur. Hoc puto probari per l. 3. C. de instit. & substit. ubi dicitur quòd si aliquis instituatur sub conditione, si fuerit emancipatus, consequetur hæreditatem statim atq; liberatus fuerit à patria potestate, siue per emancipationem, siue per mortem, uel alium modum, quo quis à patria potestate liberatur, ut apud Iustin. quib. mod. ius pat. pot. solu. in institutionibus, & ibi in d. l. 3. Salyc. Bald. & Alexan. Quæ omnia uidentur mihi in effectu pulcherrima, & inuentu difficilia, maximè quando perquiruntur ab*
87 *idiotis, † qui Digestorum rubricas, & Doctorum repertoria, quasi lacerata, & immunda omnino habent, reuoluendo & quærendo, & pauca inueniendo: uel si inuenerint, necesse est, ut multum temporis consumãt, intra quod alius iam locorum, ubi materiæ tractantur amicus negotium absoluißet, quod est maximè dolendum, & euenit sæpe, uel propter incuriam studentis, uel inordinatam scholam, in qua audiuit: quia fortè intra annum decem leges non perleguntur à Doctoribus, dum quæstiones friuolas perscrutantur, & ita omnia fiunt ad pompam, & omißis resolutionibus,*

casus singulares traduntur. Ex quo sequitur, ut quẽadmodum fuit scholaris ingressus scholas, sic exeat. Contra quæ omnia clamabat Doctor Matth. de Afflic. magnus I.C. uolens interpretari ius prothom. in sua præfat. num. mihi 2. & 3. qui est omnino uidendus.

Sanè si non sub conditione, sed sub modo disposi-
88 *tio concipiatur (qui definitur † à Bart. in l. quibus diebus. §. ult. D. de condit. & demon. Moderatio quædam dispositioni adiecta, aggrauãs eum, qui honoratus est in tempus dispositionis perfectæ) aliter erit dicendum, ac in superioribus casibus dictum est. Quoniam in casibus, quibus sub modo dispositiones conceptæ reperiuntur, ita constitutum est, ut quis illud consequatur, quod ei sub modo est relictum, antequam*
89 *modus adimpleatur: præstita tamen † cautione de modo adimplendo, l. quibus diebus. §. Termilius, D. de condit. & demonst. ubi eleganter Bart. num. 14. distinguit, l. 1. ubi Accurs. pulchrè declarat, C. de his quæ sub mod. quamuis in conditionalibus dispositionibus illo iure utamur: ut conditio ab initio adimpleri debeat, nec aliqua cautionis ratio haberi debeat, d. glos. quæ rectè explicat. Enimuerò illud conditioni*
90 *cum modo commune est, ut ex post † facto æquiparentur,*

rentur, licèt ut supra dixi, in principio differant, d.l.1. C. de his quæ sub mod. Hoc ita interpretatur, ut licèt modus & conditio ab initio æqualiter non determinentur, quia modus cautionem desiderat, at uerò conditio eam respuit, nisi sit negatiuè concepta, l. Mutianæ, D. de cond. & demon. cum requisitis adductis per communes ibi: tamen in fine æquiparantur, quia nisi modus, uel conditio suis casibus adimpleantur, omnino corruunt disposita sub eisdem. His consequens

91 *est, † libellum ita concipiendum, quando petitur legatum, uel aliud relictum sub modo: offerendo me paratum ad præstandam cautionem de modo adimplendo: quia scilicet quando quis debet aliquid adimplere ex parte sua, & petit ab alio, debet prius illud adimplere, uel offerre se paratum, l. ædiles. §. ult. D. de ædilit. edict. Bald. in l. ult. C. de his quæ sub mod.*

Est igitur maximè aduertendum, an sub modo, an uerò sub cõditione dispositio sit cõcepta, maximè propter transmissionem, (quæ quanti sit momenti, qui-

92 *libet considerabit) modus enim † non impedit, Bart. ibidem num. 13. qui melius quam alius totam materiã modi explicat, & post eum Aymon Crauetta cons. 59. Diuino subsidio ex corde postulato, ubi ponit, quãdo dicatur propriè modus: an heres debeat priuari*

hæreditate, ob modum non adimpletum, quādo concernebat eius fauorem: quid dicendum si dubitetur an modi adimplementum, damnum, uel commodum afferat, an poßit exceptio opponi modi non adimpleti: an hæres ueniat priuandus hæreditate, si modus non fuerat causa finalis institutionis: an mortuo eo, qui modum adimplere debebat, hæres eius ueniat priuandus hæreditate. Quæ omnia sunt singularia, & ele-
93 *gantißima iudicio meo. Attamen conditio † impedit transmißionē, l. intercidit, D. de condit. & demon. l. 1. §. sin autē aliquid sub conditione, C. de caduc. tollen. Non enim conditionalia trasmittuntur dictis legibus, nisi ex coniecturis aliud appareat de uoluntate dispo-*
94 *nentis, † Rip. qui eas refert in l. hæredes mei. §. cum ita, num. 64. D. ad Trebell. ibidem Socin. Bald. in l. 1. C. de his qui ant. apert. tabul. idem Socin. & Rip. in l. cum filiofam. D. de legat. 1. latißimè Ant. Gabriel. lib. 4. conclus. tit. de hæred. instit. conclus. 2. ubi ponit totam materiam illius §. cum autem, referens 12. coniecturas, ex quibus testator censeatur uoluisse conditionalia ad hæredem transmitti, eleganter ornat illum §. Tiraquel. in præfat. ad tract. de retract. num. mihi 25. & seq. pulchrè cumulat Alpha. in collectan. num. ll. 141. qui tradit infinita in tota*

hac

95 *hac materia. Nec illud mirum, cum possit † facere testator, ut quod non est transmissibile, transmittatur: & quod est tranmissibile, non trasmittatur; l. in cõditionibus primum locũ, D. de condit. & demon. Socin. & alii in l. hæc uerba, D. de legat. 1. & dixi latè infra in secundo dubio: declarat Ias. in l. testandi, C. de testamen.*

96 *Quid igitur dicemus in hoc casu: † si testator dixerit, relinquo, uel lego centũ Sempronio ea conditione, ut ducat Seiam in uxorem: an conditio inducatur, uel modus. Nec est parui momenti id scire: quoniam ut supra dixi, modus non impedit trasmissionem: quod conditionis est proprium. Quid quod, modum non est necesse prius adimpleri, antequam quis legatum consequatur: sed sufficit præstari cautionem: quod in conditionali dispositione non admittitur. Et quod maximum est, dispositio sub modo concepta non deficit:*
97 *si per casum modus deficiat; l. si Titio, D. de legat. 1. Quantumuis in conditione mixta cõtrarium statuatur, d. l. in testamento, secunda, D. de cond. & demonst. l. legatum, de condit. insert. cum supra citatis. Quare in casu supra posito non uisis infra citandis quis diceret omnino hanc dispositionẽ sub conditione esse cõceptam, uerbis inspectis: dum dixit testator*

stator sub cõditione si duxeris talem in uxorem. Tamē Bart. in d.§. Termilius (quod est aureis literis scribendum) determinat per illa uerba, sub conditione, ut talem &c. conditionem aliquo pacto non censeri appositam, sed modum duntaxat, per l. Mæuia, de manum. testament. ac l. 2. de donation. docens uerba illa, sub conditione, non accipi propriè, quod communiter testatores ignorent uim: quocirca aliorum uerborum significationem potius spectandam. Bartolum sequitur Crauetta in consil. 59. num. 1. qui alios citat, ponit Francis. Arèt. in cons. 150. Quod Bartoli ratione attenta, mihi admodum non placet (ut pace magistri dixerim) cum uideam generali regula
98 *constitutū esse, † quemlibet præsumi scire leges, uel debere, l. leges sacratissimæ, C. de legib. l. constitutiones, C. de iur. & fact. ignorant. cum paria sint, scire, & scire debere, l. quod te, D. de reb. cred. Quod si processerit, fallere arbitrarer, in Doctore legum: quamuis enim communiter testatores ignorarent uim illorum uerborum: tamen in Iuris Doctoribus, talis*
99 *ignorantia non præsumeretur, † maximè si studuerint, & fuerint Doctorati in uniuersitate famosa, de qua Rebuff. in tract. nominat. in 22. q. num. 19.*
100 *Sanè in hac dispositione: † relinquo centum Sem-*

proniæ

proniæ pro dote, uel dotis nomine, dubitari contingit, an conditio insit, nam si conditionaliter concepta dicatur, non poterunt illa centum peti, antequam conditio adimpleta sit, ut moris est conditionum, & dixi supra. Et quidem Bart. in hoc dubio post multa determinat conditionem inesse, in l. Titio centum. §. Titio genero, D. de condit. & demonst. num. 3. in medio (idem concludit Aymon Crauetta in consil. 15. Diuino subsidio, nu. 3. quando dixisset testator: lego mille Semproniæ, quādo in matrimonio collocabitur) & eleganter nu. 7. quærit de tempore, quo dos peti possit, an tempore nuptiarum: an uerò tempore ætatis nubilis: ubi distinguendo resoluit: aut tale legatum est factum maiori, aut minori. Si maiori, existimat diem nuptiarum esse considerandum: sin uerò minori, duo cōsideranda ait, quòd perueniat ad ætatem adultam, & nuptiæ contrahantur; per iura ab eodem citata. Si autem dictum esset, pro ea maritanda, cōditio non inducetur, ut idem dicit. Bald. in hac materia distin-
101 *guebat † in d §. Titio genero, ut legatum factum pro dote sit conditionale: at uerò si sit dictum, occasione dotis, tunc sit purum, cum significent dicta uerba causam impulsiuam, ac remotam, quæ proximè posui, ut eleganter refert Thom. Grammat. in decis. Regn.*

Neap.

Neapolit. deciſ. 59. num. mihi 51. qui citat conſil. Baldi, in quo ego non reperi 207. primo uolum. Hoc idem uiſus fuit ſentire Bartolus, dum fecit differentiam ubi ſupra, an dictum ſit pro dote, an uerò pro ea maritanda: quoniam posteriori caſu uoluit legatùm poſſe peti statim cum mulier peruenerit ad ætatem nubilem, præstita tamen cautione de nubendo: cum ante matrimonium contractum, multæ expenſæ neceſſariæ fieri poſſint pro maritanda puella, ut idem ponit, & ſic nullam hæc uerba continere conditionẽ: ſed id tantùm ſufficere, ut ſcilicet illud expendatur pro ea maritanda. Quæ omnia aſſerit Bart. ex uerborum ſignificatione deſumi.

Videamus ergo, an fortè ſub modo concepta ſit hæc diſpoſitio. Et quidem Bart. in d. §. Termilius, uidetur contraria aſſerere in uerbis ſuis rectè ponderatis: dicit enim præſtandam cautionem de contrahendo à puella, cui ſic relictum est pro ea maritanda, quod modi peculiare est, d. l. 1. C. de his quæ ſub mod. & ibi Accurſ. Paulo poſtea aſſerit, nõ eſſe neceſſarium, ut nuptiæ contrahantur, quod naturæ modi omnino repugnat. Nam ut ſupra dixi, quamuis modus & conditio ab initio differant, tamen postea ad idem tendunt, per d. l. 1. Verùm dici poſſet nullam eſſe contra-

dictionem

dictionem, quia in illa dispositione, neq; modus, neque conditio inerant, sed causa quaedam impulsiua. Istud omnino attendendum, legatum factum pro filia maritanda, esse intelligendum de maiori natu, ita ponit eleganter And. Tiraquell. in praefat. ad tract. de iur. primogenit. num. 140. qui citat alios doctores. Et de prima uice, ut tradit Dec. in rub. C. de sec. nup.

His imponemus finem, quae occasione primi du-
102 *bii dicta sunt, si admonuerimus in dubio † potius sub modo, quam sub conditione dispositionem cōceptam, iudicandum esse, Alex. consil. 102. lib. 1. col. 2. Neuis. in sua sylua. quomod. iudic. lib. 6. Si autem adsit tacita conditio in dispositione, an & quando im-*
103 *pediat † transmissionē, distinguit elegantius caeteris Bart. in l. conditiones extrinsecus, D. de condit. & demonst. an ueniat ex uoluntate testatoris, an ex legis dispositione.*

Secundum Dubium.

SVMMARIA.

1 *De legatis ad pias causas Falcidia non detrahitur.*
2 *In quibus casibus Falcidia cesset.*
3 *Priuilegia piae causae.*

4 *Priuilegiatus in genere non utitur priuilegio, nisi in casibus à iure expressis.*

5 *Pia causa in omni dispositione censetur excepta.*

6 *Nemo potest facere, ne leges in suo testamento locum habeant.*

7 *Quod fauore concessum est, non debet in odium cõuerti.*

8 *Quilibet habet facultatem disponendi ad libitum de rebus suis.*

9 *Voluntas testatoris fuit creata regina.*

10 *Forma omnino seruanda est.*

11 *Legata an debeantur in foro animæ ex testamento minus solemni.*

12 *Forus conscientiæ est forus boni & æqui, & debet appellari tribunal ueritatis.*

13 *Omissio formæ inducit nullitatem actus.*

14 *Quo priuilegio vtatur pater testando inter liberos.*

15 *Quomodò sit facienda diuisio inter fratres, sorte, officio, & arbitrio iudicis, vel ut maior faciat partes, & minor eligat.*

16 *Testamentum à patre inter liberos factum, an valeat cum supra dicto priuilegio, si inæqualiter testetur.*

17 *Solemnitas testamentorum quare inducta sit.*

18 *Maxima inæqualitas inter liberos inducit fraudis præsumptionem.*

19 *Bona ab intestato diuiduntur æqualiter inter filios, nisi in terris in quibus uiget ius primogenituræ, vt in Regno Castellæ, & aliis relatis per Andream Tiraquell.*

20 *Non ualet testamentum inter filios, secundùm §. ex imperfecto, si maxima inæqualitas est seruata.*

21 *Quæ fiunt cõtra consuetudinem, inducunt præsumptionem fraudis.*

Rescri-

22 *Rescriptum surreptitium quando dicatur.*
23 *Rescriptum obreptitium quando dicatur.*
24 *Clausulæ insolitæ apponi in contractibus faciunt præsumi fraudem.*
25 *Pacta facta à uendentibus gabellas alicuius Ciuitatis contra consuetudinem sunt nulla.*
26 *Quomodo Pyrrhus Rex Epyrotarum cognouerit falsitatem literarum.*
27 *Modica an & quando sint in cōsideratione, ex Andr. Tiraq.*
28 *Filius succedit patri secundùm voluntatem inter viuos etiam in contractu declaratam.*
29 *Hæreditas pacto non datur*
30 *Filius potest institui in capitulis matrimonialibus.*
31 *In testamento patris inter filios intelligitur clausula codicillaris.*
32 *In testamento inter filios subintelligitur clausula derogatoria.*
33 *Valet testamētum inter liberos secundùm §. ex imperfecto, etiam quando pater esset cæcus.*
34 *Duo specialia non possunt concurrere.*
35 *Filius testando inter parentes non utitur priuilegio d. §. ex imperfecto.*
36 *Dispositio l. cum auus, D. de condit. & demon. & similium non habet locum in filijs grauantibus ascendentes.*
37 *Patres censentur consulere rebus filiorum.*
38 *Filius rogatus sub conditione potest detrahere duas quartas.*
39 *Parentes rogati sub conditione detrahunt duas quartas.*
40 *Patri multa concessit lex, quæ alteri denegauit.*
41 *Relatorum idem est iudicium.*

42 *Pater poteſt detinere filium in priuatis carceribus.*

43 *Continens aliquem in priuato carcere, committit crimen læſæ Maieſtatis.*

44 *In bonis patris hypotheca filio denegatur adminiſtrantis eiuſdem filij bona.*

45 *Reconciliatio §. cum autem, cum §. vlt. l. fin. C. de bon. quæ lib. ex Negus.*

46 *In bonis patris dolosè adminiſtrantis conceditur filio hypotheca.*

47 *Pater tenetur reddere rationem, ſi quid dolosè adminiſtrauit, & etiam quando adminiſtrauit bona filij, quorum vſusfructus ei non quæritur.*

48 *Præſumptio iuris, & de iure non admittit probationem in contrarium.*

49 *Præſumptio iuris, & de iure in ſeptem caſibus admittit probationẽ in contrarium, relatis ab Alciat.*

50 *Pater non priuatur adminiſtratione bonorum filij per tranſitum ad ſecundas nuptias.*

51 *Nouerca malè audit apud I. CC.*

52 *Pater faciendo cõtra filios prioris matrimonij, cenſetur id facere inſtigationibus nouercalibus.*

53 *Dolus quomodò probetur.*

54 *Filius non reſtituitur aduerſus parentes.*

55 *Priuilegium teſtantis ad pias cauſas.*

56 *In foro animæ apices iuris non conſiderantur.*

57 *Electio facta ſine ſolemnitatibus valida eſt in foro conſcientiæ.*

58 *An valeat teſtamentum ad pias cauſas, vbi adeſt defectus voluntatis.*

59 *Quando dicatur teſtamentum deficere in voluntate.*

60 *Facilius reuocatur teſtamentum ad pias cauſas, quàm aliud quod fit iure ordinario.*

61 *Teſtamentum factum ab aliquo exiſtenti in articulo*

S 3 mortis

Hæredi

85 *Hæredi in præiudicium creditorum, non poteſt remitti confeſsio inuentarij.*

86 *Multa de inuentario remiſsiuè.*

87 *Iudex quando recedat à voluntate defuncti.*

88 *Id eſt habendum pro expreſſo, de quo ſi teſtator fuiſſet interrogatus, reſpondiſſet.*

89 *Teſtator poteſt diſponere, vt fundus, quem relinquit eccleſiæ, teneatur ad collectas, ad quas aliàs nõ tenebatur.*

90 *Teſtator poteſt prohibere ius accreſcendi inter cohæredes.*

91 *Teſtator poteſt facere ut bona non ſint obligata ad ſoluenda legata.*

92 *Teſtator poteſt facere vt valida ſint legata hæreditate non adita.*

93 *Teſtator poteſt prohibere Falcidiam & Trebellianicam.*

94 *An Trebellianica poſsit per æquipollentia verba prohiberi.*

95 *In filijs primi gradus nõ valet Trebellianicæ prohibitio: & hi fructus non imputant in quartam.*

96 *Teſtator poteſt remittere hæredi cautionem quam tenetur præſtare de legato ſoluendo.*

97 *Si cautio à teſtatore fuerit remiſſa, nõ põt peti poſtea à legatario etiamſi hæres bona ſua diſsipet.*

98 *An pater diſsipans bona ſua poſſit cogi iudicis officio aſsignare legitimam filio.*

99 *Legitima non debetur filijs in uita patris.*

100 *Legitima ſuccedit in locum alimentorum.*

101 *Legitima & alimenta à pari quòad priuationem regulantur.*

102 *Pater bona diſsipans compelli poteſt legitimam filio aſsignare.*

Filij

103 *Filij in legitima an sint creditores.* (toris.
104 *Debitor non pōt facere deteriorē conditionē sui credi-*
105 *Aes alienum prius est deducendum.*
106 *Pater peccat relinquendo minus legitima filio, vel eum sine causa fraudando.*
107 *Alienata dolosè & in fraudem à patre, reuocari possint, necne.*
108 *Prodigo potest curator dari à Iudice.*
109 *Meretrici an posit dari curator.*
110 *Responsio ad l. fin. D. vt legat.*
111 *Legitima debetur contra voluntatem patris.*
112 *Maritus dissipans & vergens ad inopiam tenetur præstare cautionem de dote restituenda.*
113 *Fideiussores dotium an valeant, & an firmentur iuramento.*
114 *Testatorem non posse facere, vt hæredes sint in perpetua communione est communis DD. sententia.*
115 *Adducitur textus probans valere mandatum de perpetua commnnione.*
116 *Indefinita æquipollet vniuersali.*
117 *Testator potest facere, vt vnus ex hæredibus sustineat onera hæreditaria.*
118 Hæredes *tenentur ad sustinenda onera hæreditaria pro hæreditarijs portionibus.*
119 Testator *facere potest, vt vni soli testi credatur.*
120 *Ponitur remissiuè in quibus casibus vni soli testi credatur, ex varijs DD. maximè Anton. Gabriel. & est elegans locus.*
121 *Testator potest facere, ut monasterium loco filij non habeatur, & ad illud nihil pertineat.*
122 *Testator non potest remittere cautionē vsufructuario de vtendo & fruendo arbitrio boni viri.*
123 *Vsufructuarius tenetur præstare duplicem cautionem.*

Quæ

Propter

146 *Propter ingratitudinem reuocatur perfecta donatio.*
147 *Propter ingratitudinem filius potest redigi in patriam potestatem.*
148 *Alimenta denegari possunt propter ingratitudinem. priuatio alimentorum, et exhæredatio à pari procedunt, ibidem.*
149 *Testator an posit facere, ut testamentum non valeat iure testamenti, sed iure codicillorum.*
150 *Qui dicant benè posse illud facere testatorem, quod proximè diximus.*
151 *Cui conceditur quod est plus, conceditur etiam quod est minus.*



E alio dubitabatur, & certè uidetur habere difficultatem: an scilicet testator potuißet facere, ut de legatis ad pias causas Falcidia detraheretur. *In hoc uidebatur dicendũ nulla ratione testatorem id facere potuiße: primò quia le-*
1 *ges apertè dicunt, de † legatis ad pias causas Falcidiam detrahi non poße, l. si quis ad declinandam, C. de episcop. & cleric. in Authen. similiter, C. ad l. Falcid. quam post Roman. ornauit eleganter Ant. Gabriel. lib. 4. conclus. tit. ad Trebell. conclus. 11.*
2 *Quemadmodùm † in multis casibus Falcidia cessat, quos enumerat Fernand. in repet. l. in quartam in 2. præfat. artic. ultim. ubi ponit 18. casus,*

D. ad l. falcid. Tum etiam quia piæ causæ maximus
3 *est fauor, † & multa sunt ei priuilegia concessa: de quibus post Rom. multa dixit And. Tiraq. in trac. de priuileg. piæ causæ. Inter quæ omnia recensetur hoc unum eidem concessum, cui testator non potest præiudicare: quia alteri per alterum &c. l. transactione matris cum similib. C. de transact. Adiuuat in simili: quia quantumuis priuilegiatus in genere non*
4 *utatur † priuilegio, nisi in casibus à iure expressis, l. ult. C. de iur. & fact. ignor. l. in fraudem. §. ult. D. de testam. milit. tamen pia causa semper & in omni*
5 *dispositione censetur † excepta, glos. in cap. 2. de reb. eccles. non alien. Anan. cons. 57. in Christi nomine. Amen. uisis & consideratis. Calcan. cons. 13. Socin. concil. 121. lib. 4. Crauetta cons. 3. num. 10. in 1. parte, qui dicit esse communem. Denique quod magis obstat illud est: quia nemo potest facere, ne le-*
6 *ges † in suo testamento locum habeant: imò quilibet disponere debet secundùm legis uoluntatem, l. testandi, ubi Ias. & alij, C. de testam. l. nemo potest, ubi omnes, & Ripa, D. de legat. 1. Sed legibus cauetur Falcidiam, de legatis ad pias causas detrahi non posse, d. Authen. similiter, & d. l. si quis ad declinandam: ergo sequitur testatorem id facere non potuisse,*

aliàs

aliàs facere contra legis uoluntatem, quod est quasi crimen læsæ Maiestatis, l. non dubium, C. de legib. eleganter Couar. in rep. c. quamuis pactum, in initio secundæ partis. §. 1. & 2. num. 1. maximè cum illud
7 fauore piæ causæ introductum sit, † & ideò non debeat in læsionem conuerti, c. quod ob gratiam, de reg. iur. in 6. l. quod fauore. C. de legib. Pro alia parte hæc præcipuè ratio facit: quia longa facultas
8 concessa est cuilibet, de rebus suis, † disponendi ad libitum, l. 1. & ibi com. C. de sacrosan. eccles. §. disponat. Nouel de nup. cum similib. Quamobrē ut omnia ad amussim imtelligantur: hæc omnia sunt consideranda, & inde resolutio sequetur facillimè.

Nihil mirum si omnino leges ipsæ Ciuiles à uoluntate testatoris promissa seruari reposcant: cum eò pacto ac ea conditione se illi submiserint, eamq; Reginam
9 † creare decreuerint, l. in conditionibus primum locum, D. de condit. & demonst. in princip. D. ad Trebell. l. hæredes mei. §. cum ita, D. eod. l. pater Seuerinam, de cond. & demonst. l. 1. C. de sacrosan. eccles. §. disponat, Nouel. de nup. l. in re mandata, C. mandat. l. ult. C. de posthum. hæred. instituend. l. ulti. C. de pact. conuent. l. ex facto, magna, uersic. & facit, D. de hæred. instituend. ut formam in con-

dendis quibuſcunq; diſpoſitionibus ab eiſdem tradi-
10 *tam ad unguem † obſeruarent, l. hac conſultißima,*
l. iubemus, l. teſtandi, C. de teſtam. l. nemo poteſt,
D. de legat. 1. *ubi omnes DD. Hinc teſtamentum*
contra formam legis factum nullius eſt momenti, l. ſi
ueritas, cum ſimil. C. de fideicom. nec legata deben-
tur, d. l. licèt, de hoc ſit dubium, an talia legata ſol-
11 *ui debeant † in foro animæ: de quo poſt gloſ. ibidem,*
tradit elegantißimè Fernand. Vaſq. Hiſpan. lib. 1.
de ſucceſ. creat. §. 1. *num. mihi* 23. & 24. *qui citat*
multos doctores more ſuo. Ego putarem talia legata
omnino deberi, quando teſtamentum eſſet minus ſo-
lemne, propter defectum ſolemnitatis, ac formæ tra-
ditæ à iure ciuili: cum in foro animæ, apices & iuris
ciuilis ſolemnitates non conſiderentur, dicitur enim
12 *forum conſcientiæ eſſe forum boni, † & æqui coniun-*
cti, quæ perfecta iuſtitia requirit, ideò uocari debe-
re tribunal ueritatis, non fictionis, ut refert ex Baldo,
Cotta eleganter, in memorabil. in uerbo, apices iuris,
ubi citat multa.

Nec tamen in omnibus caſibus pacta illa ad un-
guem ſeruari ab initio placuit: quin & in aliquibus
ex diuerſis circunſtantiis, ſpecialem, ac priuilegia-
tam rationem habentibus laxiores à legibus habenæ
uolun-

uoluntati testatoris concessæ fuerunt, quòad formam
13 *illam, cuius omißio † solius nullitatis actus pœnam inducit sine remißione, l. prolatam, C. de sent. & interloq. omn. iudic. (et ibi latißimè dixit dum eam interpretaretur magister meus Dominus Antonius Olibanus Iuris Consult. dignißs.) cap. cum dilecta. de rescrip. ubi Felin. 10. elegantia signa adducit, quibus cognoscatur, an forma sit præscripta, necne.*

14 *Huic igitur priuilegio niti dicitur pater, † quando inter liberos testatur, l. hac consultißima. §. ex imperfecto, C. de testam. l. ult. C. famil. erciscund. latißimè Alphan. in collectan. num. ll. 324. Quod illam uidetur habere rationem: quia cessat fraudis præsumptio; eo quòd iam filii essent successuri ab intestato ex communi uoto parentum, quam aßignat Ias. in d. §. ex imperfecto, & Decius in l. hac consultißima, C. qui testamen. fac. poss. num. mihi 36. l. scripto, D. und. lib. l. cum ratio, D. de bon. damnat. cum similib. l. inter filios, C. famil. erciscund. cum similib. & bona inter eosdem æqualiter essent diuidenda, uel sorte, uel arbitrio iudicis, † uel quòd maior*
15 *faceret partes & minor eligeret: ut dicunt communem legistarum, ut primo uel secundo modo fiat, Ias. in l. 1. D. si cert. pet. num. 39. ibidem Alexan. Bart. &*

Bald.

Bald. in l. 1. C. quand. & quib. 4. pars. Idem Ias. in .§. quædam, num. 62. cum seqq. de action. ad c. 1. extra de parroch. Eo autem casu maior diceretur frater, qui diutiùs administrauit, non autem maior natu, Hostien. & Abb. in d. cap. 1. de parroch. ponit Felin. in ultimis uerbis rubric. de maior. & obed. & in adit. citatur Bar. in l. sodales, D. de colleg. & corp. illicit. qui nihil aliud dixit, nu. 13. loquendo de quadã potestate: similis est illi potestati, quam habet frater maior qui dicitur dominus domus; uidendus idem Ias. qui id expressè dicit, ubi supra in fin. quantumuis in terris Ecclesiæ aliud seruari dicant, Gribald. lib. 6. com. opinion. in uerb. quando. plures fratres, Villap. lib. 4. in uerb. diuisio Viuius lib. 2. opinione 130. Illa ratione attenta statim dicendum, alio iure utendum esse, quando filii sunt in testamento inqeualiter instituti: ea enim ratione ualidum est testamentũ patris inter filios, quia iam sunt ab intestato successuri, sed ab intestato succedunt æqualiter, dictis ll. sequitur quando inæqualiter sunt instituti non ualere testamentum, quia ab intestato, non sunt successuri inæqualiter: attamen DD. communiter tenent tale testamentum inter liberos factum, in quo inæqualiter
16 *sunt instituti, † ualidum esse, Dec. ubi supra nu. 37.*

eleganter

eleganter ponit Fernand. Vasq. qui alios citat, lib. 3. de success. creat. §. 21. num. mihi. 67. Ias. Dec. Alex. Cuman. & alios, post eum Anton. Gabriel. lib. 4. conclus. tit. de testament. conclus. 6. sequetur etiam ualere testamentum cum minori numero testium, casu quo non extantitibus filiis succedunt agnati proximiores, ut in princip. Instit. de legit. agnat. succession. agnato inter eosdem testando, eo quòd aliàs iam eßent succeßuri ab intestato, & sic cessare fraudis præsumptionem, quòd esset omnino absurdum, & nullibi reperitur, & extendere illum. §. ex imperfecto contra omnes iuris regulas.

Quamobrem ego hanc rationem putarem ueram, & aßignandam omnibus omißis, ea scilicet causa ualere testamentum patris inter liberos, cum minore numero testium, secundùm formam dicti. §. ex imperfecto: quia scilicet cum sit remota solemnitas iuris ciuilis, quantùm est inter liberos remanet in pristino iure gentium, secundùm quod in ore duorum, uel trium stat omne uerbum, c. gratum, c. relatum, extra de testament. Ratio autem rationis, quare scilicet sit remota solemnitas iuris ciuilis, est ista, quia inter liberos cessat omnino fraudis præsumptio, ob quam solemnitas testamentorum est inducta, l. fin. C. de fideicom.

non

17 *non ex eo, quod iam sint successuri ab intestato, sed quia nemo est qui præsumatur magis diligere patrem, uel fratres, quàm frater, uel filius, & sic noluisse adhibere fraudem in rebus eorum, quemadmodum de patre erga filios lex præsumit, l. nec, D. de adult. cap. afferte, de præsumpt. quamuis enim dicatur maiorem esse amorem quem habet pater in filios, quàm è contra; quia scilicet naturaliter mouemur ad amandum ea, quæ sunt magis duratura, secundùm naturam, & sic non ualere comparationem: tamen in hoc ualebit, quia quemadmodùm pater censetur magis diligere filium quàm alios, ita etiam filius censebitur plus cæteris amare patrem, quæ ratio erit specialis in casu nostro, & non poterit aliquo modo agnatis, ultra filios conuenire. Enimuerò quod de testamento dixi ualere inter liberos, etiam quando inæqualitas esset seruata: ita intelligo cum Curtio, nisi maxima inæqualitas esset seruata, quæ fraudis præsumptionem induceret:*
18 *† cùm hoc contra communem parentum consuetudinem saltem regulariter directò tendat: qui communiter non tantam inæqualitatem inter filios seruare solent: quam ob causam lex uolens coniecturari, & quàm maximè posset accedere ad uoluntatem testatoris, uoluit bona inter filios æqualiter diuidi eo ex-*

presse

preſſè non diſponente, D. l. inter filios, C. famil.
19 *erciſcund. ex † eo quia præſumebat ita fuiſſe patrē factum, ſi diſpoſuiſſet: quomodò ab inteſtato bona deferuntur, & dicitur legitima ſucceſſio. Quæ omnia accipienda, niſi eſſemus in terris, in quibus uiget ius primogenituræ: ut in Regno Caſtellæ, & aliis multis locis, quos eleganter refert Andr. Tiraq. in tract. de iur. primogenit. in præfatione. Et ita ego exiſtimarem non ualere teſtamentum à patre inter liberos factum ſecundùm diſpoſitionem, d.§. ex imperfecto:*
20 *† quando maxima inæqualitas inter eos eſſet ſeruata, ex eo quòd inducatur fraudis præſumptio ex inconſuetis: cum regulariter fraus præſumatur in his, quæ*
21 *contra conſuetudinē fiunt: † nam clauſulæ inconſuetæ apponi in reſcriptis, dubium reddunt reſcriptum de de ſurreptione: gloſ. in l. ſiquis ſub conditione, D. de condit. inſtit. Bald. in rubri. de reſcript. in prin. & in c. tertio loco, extra de probat. & in l. etiā, C. de execut. rei iudic. (Dicitur autem reſcriptum: ſurreptitium*
22 *† quando fuit impetratum, uel per tacitam ueritatem, multa enim exprimi debent in reſcriptis, & ponit 12. regulas Felin. in c. in noſtra, nu. 10. de reſcript. & ea dumtaxat, quibus expreſſis princeps fuiſſet conceſſurus, uel non conceſſurus, latiſſimè Felin. qui decem*

l regulas

regulas mirabiles tradit in c. super literis, nu. 8. cum seqq. eod. tit. uel per expressam falsitatem, ut dicit idem tex. & docet Felin. in c. ad audientiam, in 1. nu.
23 *2. in medio eod. Tunc † uerò dicitur obreptitium rescriptum, uel etiam priuilegium: quando non fuit impetratum per tacitam ueritatem, uel expressam falsitatem: sed per inuolucrum quoddam uerborum, putà ironicè, uel callidè loquendo, adeò quod literæ effugiant deliberatam mentem principis, & conscientiam, ex declaratis per eundem in c. ad audientiam, in secundo, num. mihi 18. eod. tit. Quæ omnia fortè tu adhuc non intelligebas.) Si ergo rescriptum insolitas clausulas contineat, præsumitur surreptitium. Huc*
24 *pertinet, † quæ de contractu Ias. dicebat in l. testamentũ, C. de testam. num. 4. & 5 præsumi scilicet fraudem adesse in eo, si clausulæ sint appositæ, quæ apponi non consueuerunt, & ideò usurarium præsu-*
25 *mi. Ideò † inutilia erunt pacta facta à uendentibus gabellas alicuius ciuitatis, contra illud quod est fieri consuetum: quia in re illa insolita censetur fraus inesse, & talibus uendentibus censetur concessa potestas, ut uendant more solito, ut docet eleganter Bart. in l. 1. C. de pasc. pub. lib. 11. Vnde dixit Bald. in l. de quibus, D. de legib. literas Ducis Venetorum, non*

plum-

plumbatas, eße de falso suspectas: postquam ei consuetum est plumbo uti. Et ex hoc Pyrrhus Epirotarũ
26 *Rex, † literarũ falsitatem cognouit, quas ei Lysimachus trasmittendas curauit, tanquam à Tholomeo scriptas, quòd insolito more, ac stilo diuerso cõscriptas conspexißet: quoniam cum consueuißet ei scribi. Pater filio salutem, non ita scriptum erat, sed diuerso stilo. Tholomeus Rex Pyrrho Regi salutem. latè & elegãter Felin. qui in multis casibus ponit de præsumptione fraudis ex inconsuetis, in c. ex parte, nu. 16. cum seqq. extra de rescrip.*

Quibus omnibus ita positis, ac in corroborationem adductis, satis dici poterit non habere effectum testamentum à patre inter liberos factum, secundùm dispositionem d. §. ex imperfecto, quando in bonis datis atque diuisis maxima æqualitatis disparitas reperiretur, cum per hoc fraudis præsumptio inducatur, cuius contraria præsumptio causa erat, ut tale testamentum ualeret.

Testante autem patre æqualiter inter liberos, uel inæqualiter & in modico: eius uoluntatem admittemus, secundùm dispositionem d. §. quoniam modicum
27 *non est in † cõsideratione, l scio, D. de in integ. restit. tradit elegantiß. Andr. Tiraq. in suo tract. de iudic.*

in reb. exig. peragend. ubi latè ac exactè ponit, an & quando modica ſint in conſideratione, necne, ex uariis Doctoribus.

Huc ſpectat quod eleganter traditum eſt: ſecun-
28 *dùm patris uoluntatem, † etiam inter uiuos, uel in*
contractu declaratam filios eidem ſuccedere: Bart. & Iaſ. in l. tale pactum §. ultim. D. de pact. Catell. Cotta in memorabil. in uerbo, hæres ſuus. Ex hoc originem traxit, quod ſatis ſpeciale doctoribus placuit contra regulam, l. hæreditas, C. de pact conuent.
29 *qua † cauetur hæreditatem pacto dari non poſſe, l.*
ult. C. de pact. l. ſtipulatio hoc modo concepta, D. de uerb obligat. Card. Pariſius in conſ. 24. incip. licèt dominus, num. 19. in 2. uolum. filiis ſcilicet in con-
30 *tractu matrimonii, † poſſe hæreditatem à patre da-*
ri, & ita fit quotidie, & dicitur uulgò in capitulis matrimonialibus: tradit pulchrè Caſſan. in cõſuet. Duc. Burg. tit. des ſucceſſions. §. 12. uerſ. ſil ne luy, qui citat Benedict. quem poſteà malè citatum reperi culpa impreſſoris, qui debebat eum citare in c. Raynuntius, in uerbo, duas habens filias, num. 197. uerſic. ſecundò fallit, extra de teſtam. His adde Couar. in rep. c. quamuis pactũ, in initio tertiæ partis, ante §. 1. nu. 2. & 8. de pact. in 6. qui loquitur, quando appoſitum

eſſet

esset iuramentũ, & D. And. Tiraq. in casu primogeniti loquentem de iur. primogenit. q. 6. nu. 11. qui citat Dec. cons. 245. in causa, col. 2. & cons. 488. uiso consilio, col. 3. & alios multos. Tangit Fernan. Vasq. lib. 2. de success. creat. §. 18. num. mihi 191.

Gaudet & aliis priuilegiis pater inter liberos testando: quoniam etsi non apponatur, semper in tali
31 *† testamento clausula codicillaris subintelligitur, contra regulam quam ex l. ult. C. de codicil. Ant. Gabr. desumit, quã latè examinat in suis cõclusionib. & ponit Fer. Vasq. li. 3 de succes. creat. §. 21. nu. mihi 64. Quibus addi põtb, quod in simili dicitur in Auth. hoc inter liberos, C. de testa. per illum textũ: testamentum*
32 *† huiusmodi cõtinere in se clausulam derogatoriam ad alia testamenta: & ideò ut secundum contra illud ualeat necesse esse, ut dicta clausula expreßè reuocetur, ad l. si quis in principio testamenti, D. de leg. 3. Circa quæ omnia recordor me unum bonum dictum audiuße Ilerdæ, cum ibi studerẽ, ab Illustri D. Francisco Botella uiro doctißimo, ac præceptore meo, qui ab hinc triginta annis legit in dicta Vniuersitate; ex Bald. in l. sancimus, C. eod. ut licèt ita statutum eßet, ut testamentum huiusmodi derogatoriam clausulam contineret, ac ideò eßet neceßaria expressa reuocatio in secundo, ad*

do, ad hoc ut prius tolleretur: tamen aliud dicendum esse, quando à priori testamento usq; ad secundum, decẽ anni transissent, per quos obliuio inducitur: quoniam eo casu, etiam si clausula non fuisset expresse reuocata, nihilominus tamen pro reuocata haberetur. Et illum textum in l. sancimus, infinitis Doctoribus ornat Alphan. in suis collectan. num. ll. 339.

Sanè quod de patre inter liberos testante dictum
33 *est cõmunibus placuit locum sibi uendicare, † etiamsi pater esset cæcus, cui forma de per se iam dicitur specialis esse præscripta, l. hac consultissima lege, C. qui testam. fac. poss. & ibi Bart. dicit, & Ias. nota hanc formam in testamento cæci omnino esse seruandam: aliàs testamentum nullius esset momenti. Illud communibus placuisse docet Vasq. lib. 3. de success. creat. §. 21. num. 66. contra Ias. in d. l. num. 4. Si quis tamen uellet tenere contra communem, posset niti huic rationi: quoniam si patri cæco permitteretur inter liberos eo modo quo dictum est, disponere, concurrerent duo specialia circa eandem rem: quia cæcus iam habet specialem modum, & concessa facultas patri specialitati aliæ nititur, in d. §. ex imperfecto: quæ*
34 *† sunt contra l. 1. & ibi DD. C. de dot. promiss. neq; enim ualet dos incerta, & nudo pacto promissa.*

De illo

De illo nunc dubitamus, quod non modici eſt momenti: an quemadmodùm receptum eſt, ualere teſtamentum à patre inter liberos factum, etiamſi non omnino ſit ſolemnitas obſeruata: idem ſit iudicium filio inter parentes teſtante, ut eius teſtamentum à iuris ſolemnitatibus immune ſit iudicandum: in quo multi multa dixerunt, & pro utraque parte uiſis allegationibus iudicatum fuit, talem facultatem filio inter
35 *parentes teſtanti, † omnino denegandam: Roderic. Soarez in l. quoniam in prioribus, C. de innoffic. teſtament. in ult. ampliat. num. 6. Bald. in l. ſi qua illuſtris, C. ad Orphitian. Idem cum Salycet. in d. l. ult. C. famil. erciſcund. Iaſ. in d. §. ex imperfecto, num. 4. Quemadmodum in alio caſu DD. concludunt legis cum acutiſſimi, C. de fideicom. l. cum auus, D. de cond. & demonſt. l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſtit. diſpoſitionem nõ uigere, quan-*
36 *do † filius grauaret aſcendentes, ut Bart. in d. l. cum auus, Iaſ. & alii in d. §. cum autem, & omnes atteſtantur, docet Roderic. Soarez ubi ſupra nu. 4. Ego tamen, ut uerum fatear, tali ſententiæ nunquàm acquieui: & ſi ad me appellaretur, contrarium iudicarem: ea potiſſimum ratione, quòd non reperiam cur diuerſo iure iudicandum ſit hoc teſtamentum*

pari-

paritate terminorum data. Quid enim magis meruit testamentum inter filios, nonne ideò minus solemne ualere diximus: quia ceßat fraudis præsumptio inter filios patre testante, quam rationem omnino attendendam probauimus? At quis dubitat eandem rationem militare filio inter parentes testante, quos nedum
37 *fraudem cõmittere non est præsumendum: † quinimò rebus filiorum consulere, secundùm l. nec in ea, de adulter. Crauet. latè cons. 1. Felin. eleganter, in cap. afferte, de præsum extra.*

Existimarem igitur dispositionem tex. in d. §. ex imperfecto etiam procedere, quando filii testantur inter parentes. Atq; in simili recordor me apud grauissimos legisse: communem illam DD. sententiam, qua
38 *tenent omnes filium † grauatum sub conditione, poße detrahere duas quartas: ponit latè Oldrad. in cons. 205 prima dubitatio, & cons. 158. factum tale est: latè Ias. in l. filium quem, à num. 6. usq; ad alios multos, C. famil. erciscund. Panor. in c. Raynuntius, nu. 25. et ibi est textus & elegãs additio, extra de testam. Catel. Cotta in memorabil. in uerbo, filius grauatus; quam quæstionẽ disputaui publicè Ilerdæ inter alias, dum ibi studerem: communem inquam DD. senten-*
39 *tiam locum habere etiam, quando † parentes à liberis institu-*

institutos, & rogatos sub cōditione constaret: eo enim casu pari ratione parentes duas quartas detrahere possent, ita mirabiliter Didac. Couar. Præses Hispan. qui dicit communiter teneri, in d. c. Raynuntius.§.11. mihi num. 6. extra de testam. qui est omnino uidendus, quia est dictum elegantissimum, & uix auditur in scholis. Videndus Crauetta in cons. 110. *num.* 1. *Roderic. Soarez in repet. l. quoniam in prioribus, in 16. ampliat. C. de inoffic. testamen. num. 6. And. Barbat. in d. c. Raynūtius, Castrens. cons. 367. 1. lib. incip. primo puncto, in nouis.*

Huic meæ sententiæ illud fauere dicitur, de quo leges passim exclamant: inter parentes in rebus filiorū, uel erga ipsos, fraudem nulla ratione præsumi: sed omnino bonum esse consilium, quod capit pater pro filio, uel eius rebus, l. nec in ea, D. de adulter. nec enim meliorē amicū habet patre, l. ult. C. de curat. furios. quinimò & pater tenerrimè filium diligit, c. afferte mihi gladium, extra de præsump. Propter hanc bonam præsumptionem, quam habet lex de patre er-
40 *ga filios, uel eius res, multa ei concessit † quæ alteri omnino sunt denegata. Hinc descendit facultas moribus paulatim inducta, postea legibus concessa parentibus pro filio testandi, l. moribus ubi omnes, D. de*

uulg. ſubſtit. Eodem pertinet quod I.C. placuit debere iudicem inclinari ad ſententiam, quam pater filium eidem præſentans dixerit eſſe ferendam: quia lex præſumit patrem nunquam crudelem & iniquam ſuaſurum, l. 3. C. de pat. pot. l. milites agrum. §. deſertorē, D. de re milit. Andre. Tiraquell. de pœn. cauſ. 18. & quod magis eſt, & meam ſentētiam adiuuat, idem fuit in filio patrem præſentante concluſum, in d. §. deſertorem, & docet idem Tiraquell. ubi ſupra cauſ. 19. Alciat. regul. 1. præſump. 4. in tract. de
41 *præſump. maximè cum relatorū idem ſit † iudicium, l. ult. C. de indic. uiduit. toll. l. 1. C. de cupreſſ. in luc. l. generaliter, C. de ſecund. nupt. tradit latè Gabr. in ſuis concluſion. lib. 6. tit. de legib. concluſ. 3. Nec ob aliud moti fuere I. CC. dum patri cōtra proclama generale permittendum putarunt filium in pri-*
42 *uatis carceribus † detentum habere, Bart. in l. ex facto, magna, D. de hæred. inſtituen. And. Alciat. in tract. præſump. regul. 1. præſump. 3. cum & aliàs Zeno Imp. ualde iratum ſe demonſtrans, eorum arrogantiam læſæ Maieſtatis crimini comparando,*
43 *eiuſdem pœna uindicandam † mandauerit, qui priuatos carceres habere fuerint auſi, in l. 1. C. de priuat. carcer. inhiben. Huc ſpectat quod leges ſtatuerunt*

in alio

in alio casu: dum patri bona filii administranti rationum redditionem, & sic etiam confectionem inuentarii, quod est earum caput, Ias. in l. Marcel. §. res quae, nu 61. D. ad Trebell. l. cum tale. §. 1. D. de cond. & demonst. remittere decreuerunt, ac in eius bonis
44 *hypothecam filio denegare, l. cum oportet. §. non autem hypothecam, C. de bon. quae liber. Quantumuis hoc de hypotheca uideatur idem Imp. confundere, in §. ult. eiusdem legis; ubi uidetur contrarium statuere, & hypothecam in dictis bonis filio concedere. De quo Accurs. mentionem faciendo, multa dicit pro responsione, quae mihi non placent: sed magis Anton. Ne-*
45 *gus. † reconciliatio in suo eleganti tractat. de pignor. in 4. membr. 2. part. num. mihi 13. dicentis in. §. non autem, nulla ratione hypothecam concedi pro rebus malè administratis leui, uel leuißima culpa: & sic aliqua negligentia praecedente: at uerò si pater dolo-*
46 *sè se gerat in administrando: tunc lex † hypothecam inducat & concedat: quod & Bart. ibidem antea explicauit, & tradidit pulchrè Arius Pinel. in l. 1. C. de bon. mater. in 2. par. num. 33. citat Aret. cons. 72. num. 7. uers. ad sextum. Neq; enim praesumendum est legem dolum remisisse, l. cum tale. §. 1. D. de cond. & demonst. l. non solum. §. si haeres,*

m 2 l. Au-

l. Aurelio Sempronio.§. fin. D. de liberat. legat. sed in odium dolosi hypothecam introduxisse, quemad-
47 *modum tenetur reddere † rationem si quid dolosè administrauit, Bart. & Angel. in d.§. non autem, Aret. cons. 72. præsupponitur in facto, in 6. dubio. Aymon Crauetta in cons. 218. num. 2. Arius Pinell. in l. 1. de bon. mat. in 2. par. num. 33. cum et aliàs pater non teneatur reddere rationem, d. l. fin. nisi de his, quorum usufructus ei non quæritur,*
48 *Crauetta ubi supra nu. 3. citat multos, † Nam quãuis lex præsumat diligenter & fideliter patrem bona filii administraturum: tamen hoc non habet pro ueritate, neque super eo firmum ius statuit, quæ diceretur propriè præsumpio iuris & de iure, ac probationem in contrarium non admitteret, l. ult. C. arbit. tut. glos. in l. in contractibus, C. de non num. pec. DD. in Authen. Sed iam necesse, C. de donat. ant. nup. c. quanto, ubi Can. & Felin. in præsump. eleganter Andr. Alciat. in tract. præsump. in argum.*
49 *in 2. part. præsumpt. † ubi in septem casibus dictam regulam non procedere ex uariis docet. Sed præsumis simpliciter patrem bona filii fideliter administraturũ, dando facultatem probandi contrarium: quemadmodùm in aliis iuris tantùm præsumptionibus constiuutũ*

esse

esse, ex superioribus DD. facile colligetur, maximè Alciat. in d. suo tract. Poterit igitur euenire, ut pater administrans, in administratione dolum adhibeat: si fortè secundam duxerit uxorem filio nouercam
50 (non enim pater priuatur administratione bonorum ipsius filii per transitum ad secundas nuptias, quamuis in fœmina alio iure utamur, propter eius inconstantiam, ac maiorem fragilitatem, tradit eleganter Vasq. lib. 2. de success. creat. §. 12. num. mihi 16. ad l. generaliter, C. de sec. nup.) cuius malis instigationibus motus, dolũ adhibeat, fortè prouidendo filiis ex ea su-
51 sceptis. † Ea enim malè audit apud I. CC. & dicitur ab Alber. in suo diction. noua arca, siue nocens arcus, in uerbo nouerca, eiq; est de more per falsas suggestiones maritum suum inducere ad faciendam iniuriam sanguini proprio: ut dicit glos. & Angel. de Perusio, in l. non enim, D. de inoffic. testam. in qua lege nu. 6. quam legit cũ, l. 2. eod. tit. quæ incipit, hoc colore. Paul. Cast. mirabiliter loquendo asserit, nouercas pri-
52 uignorum inimicas præsumi † & patrem facientẽ contra filios suos, censeri id facere nouercalibus suasionibus, Bertran. cons. 336. in 1. par. Quæ omnia Impp. confirmarunt, qui non benè sentiunt de nouercis, in l. 1. C. in quib. caus. cessat long. ibi, per nouercam tuam

substra-

ſubſtraxit, ac de hoc rectè loquutus fuit. Aluar. Pelaius Epiſcop. Siluenſis lib. 2. de planct. eccleſ. c. 45. in 77. uitio mulierum: ubi dixit naturali quodam odio priuignos à nouercis haberi, citat c. ſi quis uiduam 32. q. 7. c. ſi quis cum nouerca, de cognat. ſpirit. extra, & illud Ouid. miſcent aconita, ideſt uenena nouercæ. eleganter And. Tiraquel. de ll. connub. l. 9. par. 9. gloſ. 1. Gramat in deciſion. Reg. deciſ. 7. nu. 3.

Non omittendo multas etiam reperiri nouercas, quæ diligunt priuignos ſuos, inter quas mea connumerari poteſt, quæ ut me educauit à paruulo: ita ſemper benè tractauit propter eius nobilitatem, ac uirtutem, & ſic digna erat patre, ac Domino meo Antonio Mollio, quem Deus Optim. Maxim. per multos annos ſeruet incolumem.

Probato ergo dolo ipſius patris, ſiue nouercalibus ſuaſionibus, ſiue alio modo quocunq;, uel indiciis aliis, l. dolum, C. de dol. mal. Angel. in l. 1. D. de eo per
53 *quē fac. (probatur † enim aliquando ex præfationibus, ſuaſionibus, uel monitionibus, gloſ. 2. in l. apud Celſum, in princ. D. de dol. except. quam Bart. ibi commendat) iuri hypothecæ, in bonis patris filius omnino nitetur. Et ita te illos textus deſcernere neceſſe eſt: qui fortè adhuc non intelligebas. Extra quem ca-*

ſum

ſum, omnino Imp. denegat hypothecam, ac remittit rationum redditionem patri bona filii adminiſtranti.

Eidem optimæ præſumptioni, quam habet lex de patre erga filios illud niti dicitur: quod ſatis eleganter ab Imp. Iuſtin. ſancitum eſt in l. ult. C. qui & aduerſ.
54 *quos in integ. reſtit. aduerſus † parentes non poße filium minorem reſtitutionem in integrum poſtulare, & ſi poſtulauerit, non audiendum: cum regulariter minori læſo per reſtitutionẽ ſuccurratur, tot. tit. de minorib. & C. de in integ. reſtit. minor. Ac multa alia propter hanc bonam præſumptionem, à lege patri permittuntur, quæ docuit And. Alciat. de præſum. reg. 1. præſumpt. 2. 3. & 4. & pulchrè cumulauit And. Tiraquel. in præfat. ad repet. l. unquam, C. de reuocand. donat. ubi latißimè more ſuo.*

Aliis etiam ultra patrem Iuri benè uiſum fuit laxiores habenas cõcedere in teſtando, ut non tenerentur ſolemnitatem iuris ad unguem obſeruare: eis ſcilicet,
55 *† qui ad pias cauſas teſtantur, adeò ut nec teſtium rogitum de neceßitate deſiderari permiſerit: imò poße mulierem in tali teſtamento, teſtis aſſumere officium, à quo aliàs repellitur, l. qui teſtamento. §. mulier, D. de teſtament. Bart. in l. 1. num. 75. C. de ſacroſ. eccleſ. Corn. conſ. 18. lib. 2. & in conſ. 307. lib. 3.*

lib. 3. Alexand. conſ. 131. lib. 7. & conſ. 41. lib. 1. dixit communem opinionem Fernand. Vaſq. lib. 3. de ſucceſſ. creat. §. 22. num. 3. qui citat Bald. in l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. Panor in c. relatum, & in cap. cum eſſes, extra de teſtament. Iaſ. in Authen. nouiſſima, nu. 16. C. de inoffic. teſtam. Alex. Corn. Curt. iun. & Iaſ. in d. §. ex imperfecto, & alios, quos uidere poteris apud eundem, ad dictum c. cum tibi. c. relatum, c. cum eſſes, ubi eleganter Didac. Couar. ext. de teſtament. Ratio eſſe poteſt, quia iuris ſolemnita-
56 *tes † non attenduntur in foro animæ, & ſic in his quæ pro ea relinquuntur, Rip. & DD. in l. nemo poteſt, D. de leg. 1. Catell. Cotta in ſuis memorabil. in uerb. apices iuris. Per hoc deciditur, quòd licèt electio ſine*
57 *† ſolemnitatibus ſit nulla, c. quia propter, extra de elect. tamen ualida eſt, quòad forum conſcientiæ, Innocen. ibi. & Felin. in c. 1. de conſtit. num. mihi 39. & ſeq. ubi elegantiſſ. caſus decidit.*

Enimuerò illud mihi maximè diſplicet, quod ab
58 *eod. Vaſq. ubi ſupra communiter teneri dicitur, † ualere tale teſtamentum, etiam ſi talis imperfectio non progrederetur ex defectu ſolemnitatis à iure ciuili requiſitæ, ſed ex defectu uoluntatis: & ſic poſſe in effectu exigi, & peti ea quæ in minus ſolemni teſtamen-*

to ratione defectus uoluntatis piè sunt relicta. Nec de hoc quis mirari debet, cum contrariam partem, & sic quam defendo, dixerint communem Marian. Iun. cons. 189. col. 12. uol. 2. Ruin. cons. 1. col. 1. & 6. uolum. 2. & cons. 137. col. 2. & pen. uol. 5. Paris. cons. 24. col. 2. uol. 3. ut eleganter refert Anton. Gabriel. Doctor excellens in suis conclusion. lib. 4. tit. de testament. conclus. 9. num. mihi 6. Sanè exemplum est ponendum, quando in testamento adsit defectus uoluntatis: nam hoc difficile est, & nescio quid confusionis uidi apud Doctores, postea ratio pro hac parte adducetur. Testamentũ tunc deficere in uo-
59 *luntate † dixit Gabriel. ubi supra ex Ruino, & Marian. quando testator incepit facere testamentum, & mortuus fuit antequam esset completum, ut in casu l. si quis cum testamentum faceret, uel ut alii habent, si is qui cum, D. de testament. Idem exemplum posuit Franciscus Viuius lib. 18. com. opinion. in uerbo, testamentum, in 19. contrarium ante omnes dixit Angel. in l. si testamentum, C. de instit. & substit. Alex. in l. hac cõsultissima §. ex imperfecto, C. de testament. Imola in c. cũ esses, in 8. q. extra de testam. & in d. l. si is qui, ut scilicet illo casu testamentũ nulla ratione deficiat in uoluntate, sed in solemnitate.*

Tu pone exemplum quomodò placuerit, ego semper dicerē tale testamentum, quod deficit in uoluntate, nullius esse momenti; etiam quòad ea quæ respiciunt pias causas: quia scilicet ubi deficit uoluntas, deficit consensus, ubi deficit consensus, & intentio, actus est nullus, nec etiam oritur obligatio naturalis, l. obligationum substantia, cum similib. D. de action. & obligation. Dyn. in regul. nemo potest, nu. 8. de reg. iur. l. Stichum. §. naturalis, D. de solut. ubi deficit obligatio naturalis non tenetur quis in foro animæ, quia forus animæ, & forus naturalis æquiparantur. Concordantiam uide apud Anton. Gabriel. ubi supra num. 7. quam teneas si placuerit.

60 *Adde facilius † reuocari legata pia, ac testamentum ad pias causas, quàm aliud quod fit iure ordinario. Nam hoc iure utimur, ut quando quis existens in articulo mortis (in quo quādo aliàs dicatur existere ponit I. C. in l. alumnæ. §. fin. D. de adim. legat.) testamentum sibi condit, si ad pias causas condat, censetur postea reuocatum per eiusdem reconualescentiam, Bart. in l. 1. C. de sacrosan. eccles. num. 41. & memini me legisse apud Guilhel. Bened. in rep. cap. Raynuntius, in uerbo, in extremis positus, de testament. extra. At diuerso iure utendum colligitur ex Imp. in l. ulè. C. de posthum. hæred. instituend.*

Si enim

Si enim quis in infirmitate constitutus testamentum sibi cōdiderit non ad pias causas, licèt postea reconualescat, tale testamentum † non reuocabitur, sed ualidum erit, per d. l. ultim. Nec mirum, cum debiliora sint ea quæ nituntur iuri speciali, quàm ea quæ iuri communi, l. eius militis. §. militia mißus, D. de milit. testamen. Gabriel. lib. 6. tit. de regul. iur. conclus. 9. qui citat multos DD. maximè Alex. in l. 4. §. condemnatum, D. de re iudic. & in cons. 55. uol. 5. col. 2. in princip. Galiaulam in rep. l. centurio, nu. 125. cū seqq. D. de uulgar. Andr. Tiraquell. in tract. de retract. lignag. §. 35. glos. 4. num. 41. Vt igitur ad casum redeam, ego existimarem tale testamentum, in quo deficit uoluntas, neq; ad pias causas ualidum esse, cum deficiat uoluntas, quæ in se consensum habet, quem causa pia supplere non potest, tum etiam, quia peccat testamentum in iure naturali, super quo non censetur dispensatū, Paul. Castren. in d. §. ex imperfecto, Gram. in decis. 62. num. 14. & 15. licèt in alio priuilegiatū tale testamentum ad pias causas reperiatur, ut quantuncunq; in solemnitate deficiens ultimum testamentum, primū omnino reuocet ac perfectum, ut dicit cōmunem Corneus cōs. 18. lib. 2. cons. 307. lib. 3. Alex. cons. 131. lib. 7. & cons. 41. nu. 5. lib. 1.

(margin: 61, beside "scat, tale testamentum † non reuocabitur")

62 *Nec in † militibus tàm rigidè leges statuerunt, nam & eis parcendum in aliquibus circa condenda testamenta solemnitatibus commodum putarunt, quos potius arma quam leges ciuiles scire conueniat, l. scimus, C. de iur. deliber. l. ab hostibus, D. de captiu. & postli. reuers. l. 1. de iur. & fact. ignor. l. 1. de testam. milit. in princip. apud Iust. de milit. testam. l. ult. C. eod. Nec enim Marius Romanus leges audire potuit, propter armorum strepitũ; & ideò contra eas fecit, dum mille homines libertate donauit, ut Plutarc. refert in uita ipsius:* Hinc est quòd illas in condendis testamentis solemnitatum angustias militibus condonarunt, quorum supremæ uoluntatis elogium quod in castris faciunt, siue in puluere, uagina, siue clypeo, siue sanguine scriptum, siue etiam sine scriptis quocunq; apparuerit modo, omnimodò est seruandum, *eleganter* Viglius *post alios in princip. de milit. testament. in Institut.* Quare dictum est duobus tantùm *testibus esse contentum, l. 1. l.* Lucius, *l. diuus, D. eod. l. milites, C. eod. Ias. & alii cum Castrens. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto, C. de testamen.*

63 *Refert Bart. alia militum multa priuilegia, † in l. neque, D. de testamen. milit. ubi num. 3. considerat quadrupliciter militum priuilegia. Primò circa*

formam

formam & solemnitatem testamenti. Secundò circa personam eiusdem testantis. Tertio circa personam instituti, seu legatarii. Quartò circa substãtiam dispositionis, & loquitur elegantissimè, post eum latissimè Guiliel. Benedic. in repetit. c. Raynuntius, in uerbo, testamentũ, 1. nu. mihi 21. & aliis, extra de testament.

64 Sanè in rusticanis † etiam dispensatur, eis enim leges facultatem dederunt quodammodo propter necessitatem dispensando, ut tantam subtilitatem in condendis testamentis non tenerentur seruare, ut colligitur apertè ex l. ult. C. de testament. Ias. l. 1. C. de sum. trinit. Alex. in l. si non speciali, nu. 2. D. de testam. Felin. in cap. 2. de probationib. latissimè Alphan. in collectan. nu. ll. 59. ubi remittit de uariis dubiis ad multos Doctores: de eisdẽ rusticanis loquendo multa, alias eisdem priuilegia concessa esse ibidem Imp. ponit, ut Accurs. refert in sua glosa in
65 principio † leges multas apertè id docentes, quæ omnia multo postea accuratissimè collegit D. Barthol. Cass. in catalogo part. 11. consider. 37. quò est omnino recurrendum, quando occurrent casus.

Verumenimuerò iste casus in difficili est, an condenti testamentum, causa pestis solemnitatis aliquid remittatur: & ideò attendendum.

Quan

66 *Quantumuis multa priuilegia, ac specialia † pestium causa admittere uisum sit I. CC. sacratißimis, idque ob maximam æquitatem, iniquum enim prorsus putabatur tàm rigidè leges tempore illo incongruo cũ disponentibus, & operantibus se gerere debere.*

Hinc iudiciis, & eius actibus concessa tali tempore priuilegia, hæc ansa fuit, ut in contractibus contrahentibus parceretur, idem de ultimis uoluntatibus dicendum, ut mirabiliter nobis proposuit Francis. à Ripa, qui elegãti ordine omnia cõposuit, de priuileg. iudiciorum causa pestis, de priuilegiis ultimarum uoluntatum causa pestis, de priuilegiis contractuũ causa pestis, in suo tractatu ita titulos inscribendo. Nihilominus tamẽ, cum in hoc testamentum tempore pestis factũ priuilegiatũ à iure non reperiatur, maximè dubitarunt DD. an ualeret, testiũ neceßaria copia deficiente, adeò
67 *ut sub iudice adhuc lis † uideatur esse, & est casus, in quo esset opus Imperatóris decisione. Nam pugna, quæ inter DD. reperitur, æqualiter ferè procedit. Non ualere tale testamentum tenent Castrens. in l. ult. C. de testament. Aretin. in l. conficiuntur §. codicilli, D. de iur codicill. Alexand. consil. 177. lib.2. Roman. in Authen. similiter, C. ad l. Falcid. dicit cõmunem Rip. de peste, in priuileg. ultim. uolunt. nu.7.*

Barbat.

Barbat. in rubr. de testament. Bart. & Alex. in d. l. ult. C. de testamen. Contrarium defendunt Bald. in d. l. ultim. Nicol. de Matarel. ibidem, Cuman. in d. §. codicil. Dec. cons. 284. uiso puncto, Salyc. in l. cum à matribus, C. qui pet. tutor. Florian. in l. ult. D. de testament. milit. & in l. milites, C. de testam. milit. Corneus in d. l. ult. C. de testam. Iason Maynus in l. ult. C. de testament. nu. 5. dicens, si casus eueniret, ita consulerem, & in seqq. adducit aliquas bonas rationes. Angel. in tract. de testam. in uerbo, nuncupatiuum, in fine; uidendus Afflict. in decis. Regn. Neapolit. decis. 134. quamuis ibi sacrum Concilium uisum fuerit admittere exceptionem, quod testamentum cum quatuor tantùm testibus factum propter pestem non ualebat. Nescio quo me uertam. Tene quam uolueris. Sed iam acquieui in hac opinione,
68 *ut tale testamentum ualidum † sit omnino, ad quæ considero hæc omnia. Istud testamentum quod fit tempore pestis, an sit ualidum, nec ne, quando adest numerus testium non perfectus, disputant DD. ex illa l. ult. C. de testament. Et ita tota quæstio uersatur, an probetur ex illa lege, aliqui enim Doctores dicebant rationem finalem illius legis esse necessitatem, ut Bald. alii necessitatem non solam, sed mixtam cũ*

rusti-

rusticitate, ut qui contra eum dixerunt. Ego omnino concederem per illã legem non probari, sed tamen nõ mihi deficerẽt regulæ generales per quas probari posset tale testamẽtum ualidum esse. Primò propter ne-
69 *cessitatem, quæ facit legem, † & illicitum facit licitum, per tex. ad literã, in c. quod non est licitum, extra de regul. iur. ubi habentur hæc uerba: quod non est licitum in lege, necessitas facit licitũ, nam & Sabbatum custodiri præceptum est, Machabei tamen sine culpa sua in Sabbato pugnabant. Sic & hodie, si quis ieiunium fregerit ægrotus, reus uoti non habetur. Si ergo habeo textum & regulam, non indigeo glosis, maximè cum ab hac regula generali casus hic testamenti facti tempore pestis sine minori numero testium non sit exceptus, & esse exceptum probandum sit,*
70 *cum stante regula, semper exceptio, & fallentia † sit probanda, l. ab ea parte, D. de probation. quemadmodum attento iure communi, priuilegia probari debent, l. si solemnibus, & ibi Bald. C. de fid. instrum. Faciet ergo legem necessitas, ut cum paucioribus testibus propter pestem testamentum condere liceat, præsertim cum ad impossibile nemo teneatur, l. impossibilium, de reg. iur. cum uulgat.*

Videmus in simili in necessitatibus ultra regulam genera-

71 *generalem in multis à iure † dispensatum in specie. Hinc licitum est furari, cap. si quis propter necessitatem, extra de furt. Hinc maior miserationis ratio facienti actum ex necessitate, l. cum postulassem, D. de damn. infect. l. quòd si minor §. restitutio, D. de minorib. tradit Afflict. in decis. Regn. decis. 137. num. 3. Sanè quamuis probationes debeant esse perfectæ, necessariæ, ac concludentes, cap. in præsentia,*
72 *cum simil. extra de probat. Si tamen res difficilis † sit probationis, necessitas facit, ut leuiores probationes admittantur, quoniam aliæ inueniri nequeunt; Felin. in rubric. de probation. num. 2. & 3. ad quæ omnia consulendus Canssan. in consuet. Burgund. tit. des iustices. §. 5. uersic. sil n'agraue, nu. 175. qui citat Afflict. super constit. reg. Idem dicendum in alia iuris regula, quæ ab Imp. proponitur in l. eos testes, C. de testib. eos scilicet testes adhiberi oportere ad ueritatem indagandam, qui omni gratiæ & potentatui fidē religioni iudiciariæ debitam possint præponere: ta-*
73 *men si ueritas aliter apparere nequit, † admittuntur testes minus idonei, declarat Ias. in l. ult. C. de indig. reassumit ex proposito Anton. Gabriel. qui multos citat lib. 1. conclus. tit. de testib. conclus. 7.*

Inde etiam emanat quod ab aliis scriptum est,

licèt dixerit Imp. in l. etiam. C. de testib. domesticos testes omnino repellendos, quod restringit Marsil. singul. 5. incip. regula est, And. Tiraquell. de pœn. caus. 51. num. 39. de quo latißimè idem Gabriel. lib. 1. de testib. conclus. 10. nihilominus tamen eos te-
74 *stes † admittendos ad probandum quantum quis habet in bonis, cum ab aliis id discere difficile eßet, Bal. cons. 400. lib. 5. Bart. in l. lex quæ tutores, nu. 3. per illum tex. ibi, quæ totius supellectilis curam gerunt, C. de admin. tutor. Exemplum poßet eße, si eßet soluendum aliquid, quod Ciuitas, uel Rex de nouo imposuisset, & esset inuestigandum quantum quis habeat in bonis, ut secundùm suas facultates, ac patrimonium solueret, ut quotidiè fit, in qua æstimatione non computatur dos uxoris, ut mirabiliter Paulus respon. in l. Lucius Titius. §. idem respondit constante, D. ad munic. Ad illa uidendus Felin. in cap. quoties, extra de testib. Bart. in l. quoties, C. de naufrag. Lanfranc. in rep. cap. quoniam contra falsam, in uerbo, testium depositiones, extra de probation. Iam opinionem meam, quam teneo, illud maximè adiuuat, quia in maximo dubio, (quale est nostrũ pro tantorum uirorum ex utraq; parte autoritate)*
75 *iudicandum est in fauorem † testamenti, & sic testa-*

mentum

mẽtum ualere, cap. ult. de ſent. & re iudic. l. ſiue pars, D. de inoffic. teſtamen. eleganter Thom. Grammat. in deciſ. Regn. deciſ. 103. num. 145. maximè cum publicæ utilitati fauor fiat, quæ habet in protectio-
76 ne uoluntatem † defuncti, l. uel negare, D. quemad. teſtam. aper. Valebit igitur teſtamentum cum minori numero teſtium factum tempore peſtis: & ita conſulerem, ita firmiter tenerem, ita iudicarem, ſi iudex eſſem.

Exra hos caſus relatos, uel ſimiles ſpeciali rationi nitentes, in quibus lex quodammodo diſpenſauit circa teſtamentorũ ſolemnitatis, ac formæ neceſſaria, rigi-
77 dè ſe cum teſtatoribus geſſit, eiſdem † formam præſcribendo, quam ſub nullitatis pœna (quæ magna eſt agentis actum licitum, qui ſemper uellet facere actum ualidum) tranſgredi nulli fas eſſet, l. hac conſultiſſima, l. iubemus, C. de teſtament. l. nemo poteſt, D. de legat. 1. ubi omnes Doctores præcipuè Iaſ. & Ripa, l. teſtandi, C. de teſtamen. Quæ omnia iura in contrarium allegata in noſtro dubio,-
78 † an teſtator potuiſſet facere, ut de legatis ad pias cauſas Falcidia detraheretur, illa ratione procedunt, ut teſtator non poſſit facere, ne leges in ſuo teſtamento locum habeant, quando ſunt leges formam præſcribentes,

bentes, qualis est l. iubemus, supra citat. & aliæ similes, ut declarat elegantiss. Ias. in l. testandi, C. de testam. uel etiam quando esset lex conseruans publicam utilitatem, neq; enim ualent disposita contra publicam utilitatem, l. pacta quæ contra, C. de pact. uel quando lex prohiberet contrarium fieri, l. non dubium, C. de legib. uel conseruans bonos mores, minus enim ualent contra bonos mores disposita, d. l. pacta, c. non est obligatorium, de regul. iur. in 6. uel etiam quando quis inuitaretur ad delinquendum, ut de remißione cautionis usufructuarii dicunt omnes in d. l. nemo potest, D. de legat. 1. Salyc. in l. penul. C. ut in poss. legat. per illum textum, l. conuenire, D. de pact. dotalib.

Neque etiam moueri quis debet per ea, quæ adducebamus, quòd Falcidia non detrahatur de legatis ad pias causas, esse concessum à lege in priuilegium, cui testator non potest præiudicare per iura supra citata, nam uerum est hoc esse concessum à lege, sed lex dedit facultatem homini contrarium prouidere, & hominis prouisio facit ceßare prouisionē legis, l. ult. cum simil. C. de pact. conuent. latißimè Gabriel. lib. 6. conclusion. tit. de regul. iur. conclus. 8. maximè cum hoc casu testator non præiudicet piæ causæ, sed ex pro-

priis bonis desinat benefacere, ad quod nemo cogitur.

Non est ergo mirum, si dicamus benè potuisse testatorem nostrum Vmbertum mandare, ut de legatis
79 *† ad pias causas Falcidia detraheretur, contra l. si quis ad declinandam, C. de episcop. & cleric. Authen. similiter, C. ad l. Falcid. cum illæ leges non præscribant formam aliquam, non conseruent bonos mores, uel alia quæ supra dixi, sed illud disponant, testatore contrarium non iubente, si enim testator potuit nihil piis causis relinquere, cum totum dependeat ex eius mera uoluntate, quā lex ei dedit ad libitum de rebus suis disponendi §. disponat, Nouel. de nupt. cum simil. multò fortius potuit minus relinquere, iubendo ut legata defalcarentur, si enim potuit quod est plus, &c. uulgatis iuribus.*

Quamobrem communiter receptum est, posse
80 *† testatorem facere, ut de legatis ad pias causas Falcidia detrahatur, Socin. cons. 48. lib. 1. Ripa in l. nemo potest, D. de legat. 1. col. fin. cōmunem dicit Fernand. Vasq. Hispan. lib. 1. de success. creat. §. 7. nu. 13. Quod nititur rationi supra adductæ, cum id totum dependeat ex uoluntate mera defuncti, relinquere, non relinquere, uel minus relinquere.*

Disponat igitur testator, & erit lex eius uoluntas.

His

His consequentia sunt, quæ à communibus dicuntur, quamuis de iure dominium rei legatæ, à morte testatoris transeat in legatarium, l. à Titio, D. de furt. si
81 *tamen testator disposuerit tale dominium nō† transire, ratum erit eius iudicium, Bald. in l. 2. ut in poss. legat. per glos. ibi. Idem dicendum de hæreditate, quam non aditam ad alios transmitti testator iubere potest, contra l. unicam. §. in nouissimo, C. de caduc.*
82 *tollend. Nec diuersum† statuendum in legatis conditionalibus, ut latissimè dixi supra in primo dubio, num. 94. ubi posui etiam coniecturas. Nec mirum*
83 *cum possit facere testator, ut quod† est transmissibile, non transmittatur, & quod non est, transmittatur, l. in conditionibus primum locum, D. de condit. & demonst. Socin. & alii in l. hæc uerba, de legat. 1. DD. in d. l. nemo potest. Ias. in l. testandi, C. de testament. Accedit & his, quòd ex l. ult. C. arbit. tutel. satis eleganter colligitur, posse testatorem inuē-*
84 *tarii confectionem, (ad quam omnis tutor† tenetur, l. tutor qui repertorium, D. & l. tutores, C. de adminst. tutor.) eidem remittere, Ias. in l. nemo potest, de legat. 1. num. 13. cum seqq. & num. 96. qui ponit, an sit necessaria expressa prohibitio, uel sufficiat simplex remissio, Ripa in d. l. nemo potest, num. 80.*

Couar.

Couar.lib.2.uar.cap.14.nu.4.eleganter Rebuff. in constitut. Parisiensib. tract. de sent.prouis.artic.3. glos.3. de confection d'inuentaire, nu. mihi 3. decla-
85 rans id uerum esse in tutore: hæredi † enim in præiudicium creditorum testator inuentarii confectionem remittere non potest, ex Bald. Paul. Alex. & aliis ut dicit ipse, & tradit eleganter Crauetta cons.174. num.11. Couar. in cap.1. de testamen. nu.17. Ponit idem Rebuff. ubi supra.7.inuentarii utilitates, nu.16.
86 latè Cassan. † in consuet. Burgund. rub.7. tit. des successions.§.13. uers. par benefice, ubi ponit multa in materia inuentarii, latius Guid. Pap. in trac. de form. inuentar. conficiend. Specul. latissimè tit. de instrum. edit.§. fin. Angel. in §. si uerò expressim, in Nouel. de hæred. & Falcid.

Quantumuis in illo de inuentario remittendo Doctores dicant iudicem posse, si sibi æquum & iustum
87 fuerit uisum, à uoluntate defuncti † recedere, si pupillo expediat, & non conficere noceat, fortè ex his, quæ postea apparuerunt, & iubere tutori, ut omninò conficiat inuentarium, ita Bart. mirabiliter in l. in confirmando, D. de confir. tutor. idem in l. nemo potest. D. de legat. I. num. 12. & in d. l. tutor qui repertorium, num.18. idem Bart. in Authen. ex causa, ubi

dicit se tetigisse, C. de lib. præter. Iaſ. in l. cum necessitatem, num. 1. in fin. C. de fideicom. Aymon Crauetta conſ. 193. num. 10. & conſ. 190. num. 9. addo tex. in l. quintus, D de ann. legat. ibi. nec tamen ſemper uoluntas eius, aut iuſſum obſeruari debet: ueluti ſi prætor doctus ſit, non expedire pupillam ibi morari, ubi pater iuſſerat, &c. Huius rei ratio eſſe poteſt, quia ſi teſtator cogitaſſet non confectionem inuentarii reſultare in damnũ pupilli, non prohibuiſ-
88 *ſet, & id eſt habendum pro expreſſo, † de quo ſi teſtator fuiſſet interrogatus, ita reſpondiſſet: per gloſ. in l. tale pactum. §. fin. D. de pact. ubi Paul. Caſtr. in 2. notab. Bald. in l. 1. C. quæ res pig. obligar. poſ. ita ponit Thomas Grammat. in deciſ. Reg. Neap. deciſ. 7. dicens ita fuiſſe iudicatum in ſacro Concilio, & ex iuſta cauſa receſſiſſe dominos à uoluntate defuncti, ponderato Decii conſ. 349. in 2. uol. in 2. & 3. col. ad idem uidendus idem Grammat. deciſ. 55. ubi ſacrum Concilium receſſit à uoluntate teſtatoris circa pupilli educationem, latè & eleganter Couar. Præſes Hiſpan. lib. 2. reſolut. cap. 14. num. 4. Quæ quàm ſint elegantia tu conſiderabis, qui fortè noſtra inopia delectaberis.*

89 *Diſponat teſtator fundum, quem eccleſiæ relin-*

quit,

quit, ad onera teneri & collectas, à quibus omnibus aliàs de iure immunis erat, & omnino eius uoluntas seruanda erit, elegantiss. Pet. de Ancharr. in cons. 217. dubium facit in prædicta quæstione, Felin. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, num. mihi 77. extra de constitut. quia licitum est cuiq; priuato donanti res suas ecclesiæ, aducere conditiones, & onera, & ecclesia tenetur illa seruare, ut idem dicit, & citat caput uerum, extra de condit. apposit.

In eadem potestate fundatur, quod apud alios legimus, & hoc iure utimur ex communi Doctorum sententia, posse testatorem accrescendi ius inter hære-
90 *des † prohibere, Bart. in l re coniuncti, D. de legat. 3. nu. 35 per l. Dominus. §. 1. D. de usufr. idem Bar in l. quoties. §. si duo, nu. 2. D. de hæredib. instit. Bald. in l. 1. in princ. C. de indict. uiduit. tollend. cum tamen uideamus legem uelle atq; disponere ius accrescendi inter cohæredes locum habere, l. unica, §. his ita, C. de caduc. tollen. l. testamento, C. de impub. cum simil. Quibus illud accedit, posse testatorem*
91 *facere, ne bona † sint obligata ad legata soluenda, contra l. 1. C. com. de legat. per glos. in l. 2. C. ut in poss legat. quam notant, & laudant ibidem Bart. Bald. & alii.*

Eodem modo testatori parebitur, si iubeat, & 92 uelit esse ualida legata etiam † hæreditate non adita, quãuis in hoc multi contrarium teneant, ponit Alex. in d. l. nemo potest, Ioan. And. ad Specul. tit. de instrum. edit. §. nunc uerò aliqua, Ludouic. Roman. in Auth. similiter, in 20. & 21. speciali, C. ad l. Falcid.

93 *Mandet testator, ut Falcidia † non detrahatur & erit lex eius uolũtas, Auth. sed cũ testator, C. ad l. Falcid. & idem in Trebellianica, ut ex infinitis DD. ponit Alphan. in collect. nu. ll. 105. Emanuel à Costa in c. si pater, in uerb. Trebellianicæ, de testam. in 6. Emanuel Soarez, qui dicit cõmunem in Thesau. recep. sentent. in uerbo, Trebellianica, Anton. Gomes in resolut. tom. 1. cap. 5. nu. 11. tit. de substit. fideicom. Fernand. Vasq. lib. 1. de success. creat. §. 8. num. 5. cum seqq. Potest ergo testator Falcidiam & Trebellianicam prohibere: adeò ut examinet Anton. Gabr.*
94 *an possit Trebellianica per æquipollens † prohiberi, tantùm abest quin expreßè poßit, lib. 4. tit. ad Trebell. concluf. 2. putà si dixerit testator, restituat totum, uel quicquid ad eum peruenerit, uel uerba æquipollentia: memini enim dixisse Iasonem, in l. precibus, nu. 15. C. de impub. quòd testator dicendo, restituat totam uel integram hæreditatem, uideatur*

tur Trebellianicam prohibuisse, per glos. in l. decem, de fideicom. libert. de quibus me remitto ad eundem Gabr. ubi supra conclus. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. Licèt illud in liberis primi gradus neutiquàm admittatur, qui quemadmodum fructus perceptos, in quartam non imputant, l. iubemus, C. ad Treb. quod restringit Rip. in l. in fideicōmissariam, D. eod. nouissimè Gabriel. ubi supra conclus. 12. ita etiam in eis non ualet Trebellia-
95 nicæ † prohibitio, Gabriel. latè ubi supra conclus. 1. num. 4. Didac. Couar. in c. Raynuntius. §. 11. num. 4. 7. & 9. & in cap. Raynald. §. 3. extra de testam. Sed casu quo filius duas quartas detrahit, an tunc Trebellianica prohiberi possit, tradit Rip. ubi supra, nu. 30 Costa in d. uerbo, Trebellianicæ, Roman. singul. 195. & ponitur in eius addit. Quemadmodum etiam dubitatur, an casu quo filius detrahit duas quartas, debeat imputare fructus in Trebellianicam, ad quod recurrendum ad Paul. Castren. in l. mulier. §. cum proponeretur, D. ad Trebell. & in d. l. Iubemus, C. eod. Alex. in d. §. cum proponeretur, Anton. Gab. lib. 4. tit. ad Trebel. conclus. 12. num. 10. Aymon. Crauetta in cons. 16. incip. post redditum consilium, num. 10. uol. 1. Quæ sunt notanda. Et fortè tu perquireres per octo dies, & adhuc nō inuenires uerbum.

Eodem spectat quod eleganter à I. C. proponi-
96 *tur, posse testatorem cautionem † remittere, quam hæ-*
res præstare tenetur legatario, cui factum est legatum sub conditione, uel etiam purè, quamuis de hoc multos ignaros dubitare uiderim, an pro legato puro sit præstãda illa cautio, & est tex. in l. hæc stipulatio, cũ l. etiam de præsenti, D. ut legat. nom. cau. illud autẽ testatorẽ posse, probat l. pen. C. ut in poss. leg. l. 2. C. eod. l. ult. D. eod. Si tamen dicta cautio fuerit
97 *remißa, non poterit postea peti à legatario, † etiam*
si hæres bona sua omnino dilapidet, pulchrum uerbum Sceuolæ in l. ultim. D. ut legat. nom. cau. Quod satis elegans argumentum præbet ad illud magnum dubium, de quo non satis conuenit inter DD. An pa-
98 *ter dißipans bona, † iudicis officio poßit cogi legitimam*
filio in uita aßignare, uel præstare cautionem. Nam
99 *regulariter legitima filiis non debetur † in uita patris, l. 1. §. si impuberi, de collat. bon. Bart. in Authen. si qua mulier, num. 22. C. de sacrosan. eccles. Ias. in Auth. nouißima, nu. 7. C. de inoffic. testam. Bart. in d. §. si impuberi, in fin. uersic. an autem, Speculat. lib. 2. part. 3. tit. de execut. senten. §. sequitur uidere, num. mihi 11. Fernand. Vasq. lib. 2. de success. creat §. 20. nu. mihi 285. Gram. in decis. 101. nu. 65.*

qui

qui citat l. cum quæritur, C. de inoffic. testamen. & §. 1. Nouel. de trient. & sem. nisi in aliquibus casibus adductis per Caßan. in consuet. Burgund. tit. des succeßions. §. secundo, uersic. du trespaße, num. 5. & seqq. cum in uita patris filius alimenta iam habeat,
100 *in quorum locum legitima succedit † ut dicunt DD. in Authen. nouissima, C. de inoff. testament. Bart. in l. Titio centū. §. Titio genero, D. de cond. & demon.*
101 *nu. 6. & ideò legitima, & alimenta † à pari regulantur quòad priuationem, l. ult. cum glos. C. de alend. liber. Panor. in cap. cum haberet, nu. 10. de eo qui dux. in matrim. Vasq. lib. 1. de succeß. creat. §. 10. nu. 624. Anton. Gomes in resolution. tom. 1. tit. de succeß. cont. testament. cap. 11. nu. 13. qui citat multos alios DD. tradit Iodoc. Damboud. in pupil. patroc. c. 9. num. 92. adde Euerard. loco ab alimentis ad dotem, in principio, nu. 3. pagina 412. Anton. Gabriel. lib. 6. conclus. tit. de aliment. conclus. 1. num. 34. In illo dubio dixit Bart. in d. l. ult. D. ut leg. nom. caueat. patrem non poße cogi, per illum tex. uidendus Bald. in l. 2. si quid in fraud. patron. Ias. in §. item si quis in fraudem, de actionib. & in Authen. nouißima, C. de inoffic. testamen. & latißimè tradit infinitos Doctores citans. Arius Pinel. Hispan. in l. 1. C. de bon.*

mater.

matern. in 3. par. num. 75. Mea tamen sententia
102 *erit (saluo semper meliori iudicio) posse patrem † bona dißipantem officio iudicis compelli ad legitimam filio aßignandam, uel cautionem præstandam. Primò quia iura absurdißimum putant uel minimam quidem delinquendi occasionem præstari, l. cõuenire cum uulgat. D. de pact. dotalib. & maxima occasio patri daretur bona dißipando filios legitima priuare,*
103 *& sic creditores, nam filii in legitima sunt † creditores, secundùm Cyn. in Authen. res quæ, in fine, C. com. de legat. Ioan. de Imola in l. Marcellus. §. res quæ, in fine D. ad Trebellian. Oldrad. consi. 107. cum ius municipale. Ioan. Andr. in c. Raynaldus, de test. Afflict. in decis. Regn. decis. 162. nu. mihi 3. Attamen illud est contra regulas dicentes, debitorem nullo*
104 *modo posse facere † deteriorem conditionem sui creditoris, l. 1. C. debit. uendit. pig. imped. non poss. l. debitorẽ, & ibi Saly. & Bald. C. de pigno. uel si non placuerit tibi filium esse in legitima creditorẽ, sed quasi creditorem, quod certius est, nam si esset creditor cõcurreret*
105 *cũ aliis creditoribus, attamẽ uidemus prius deduci † æs alienum, l. in imponenda, C. ad l. Falcid. eadem ratio militabit: quia debitor creditoris, uel quasi debitor quasi creditorũ conditionem deteriorem facere nõ potest, l. filiusfam.*

filiusfam.§.Diui,in.2.D.de legat.1.ibi,sed id neq; creditoribus, neq; fisco fraudi esse, ubi constat fiscum esse positum tanquam quasi creditorem, cum prius dixisset, creditoribus.

Meam sententiam adiuuat, quia pater priuando
106 *filios legitima, (quod facit dissipando) peccat † mortaliter, ut ponit ex Fabro Thom. Grammat. in decis. Reg. decis.* 101. *num. mihi* 59. *qui dicit non solùm quando priuat; sed etiam quando minus integram relinquit. Attamen à peccato quilibet remoueri debet, & saltem per iudicem ecclesiasticum compelli potest mediis armis, & censuris ecclesiasticis, c. nouit, extra de iudic. Demum sic dico. Vel pater facit dolo, & in*
107 *fraudem, & tunc reuocabuntur, † sicut reuocantur quæ in fraudem patroni, l. ult. D. quæ in fraud. pat. & tradit Couar. in c. Raynuntius.§.*10*.de testamen. & sic erit filio cautum: uel non facit dolo, sed ex quadam prodigalitate, & tunc nulli dubium quin cu-*
108 *rator † bonis à iudice dari poßit, l. is cui bonis, D. de uerb. obliga. ubi Bart. Paul. Ias. & alii, eleganter Rebuff. in constit. Parisiens. tract. de sent. prouis.*
109 *glos.* 4. *artic.* 3. *Quemadmodum, & mulieri † meretrici, uel luxuriosè uiuenti, ut ex Ferrat. Felin. & aliis, docet idem Rebuff. ubi supra, num.* 10. *dicens bonam*

cautelam

cautelam pro consanguineis, ponit Dilect. de arte te-stand: in cautelis, eleganter Pinellus in l. 4. C. de bon. matern. num. 20. cum seqq. Si ergo datur, filio rectè cautum erit, quoniam pater non poterit bona dißipare. Non est igitur dare casum, quo pater dißipando, non poßit cogi filium securum reddere.

Nec moueor per d. l. ult. D. ut legatorum, quoniam
110 † dico illum casum loqui in legatis, uel fideicommißis, in quibus testator amplam habet facultatem, quia potest non, uel sic, relinquere, & ita testator remittendo cautionem, uidetur remisisse etiam si bona dißipet, cum legatarii agant de lucro captando, quamuis dolum non censeatur remittere, & sic dolosam alienationem, l. non solum, D. de lib. legat. l. Aurelio, §. Gaius, D. eod. latè Dec. in l. contractus, de reg. iur. num. 42. At uerò casus noster diuersus est, quoniam legitima est res à uoluntate, & potestate testatoris omnino aliena, quoniã & ea contra
111 uoluntatem † patris debetur, hoc est, quod etiam si nolit, tenetur eam relinquere, cum debeatur ex legis dispositione, quæ filio legitimam legauit, & uoluit patrem nudum exequutorem, & ministrum constituere, cui non esset licitum tanquam non honoranti, l. ab eo, C. de fideic. aliquid quo quomodo detrahere, quod saperet in

ret in grauamen, uel loci, temporis, quantitatis, uel causæ, l quoniam in prioribus, ubi post omnes ueteres eleganter Soarez, & Vasquius Hispan. C. de inoffi. testament. cum similibus, docet Anton. Gomes in resolution. tom. 1. cap. 11. tit. de succession. cont. test. nu. mihi 24. & seqq. ubi eleganter.

His præstat argumentum quod apud Impp. &
112 *I. CC. legitur, posse maritum † cogi ad præstandam cautionem de dote cõseruanda, quando bona sua dissipat, & ad inopiam uergit, l. si constante, ubi omnes D. solut. mat. l. ubi adhuc, C. de iur. dot. latè Palat. Ruu. Hispan. in rep. c. per uestras, ubi est locus de iure canonico, extra de donat. inter uir. maximè. §. 18. ubi elegantiss. tradit Gramma. decis. 92. Quamuis*
113 *ab initio non ualeat cautio † de dote per maritum cõseruanda, ut C. ne fideiussor dot. dent. adeò quod sit dubium, an talis cautio iuramento firmari posit, de quo eleganter Couar. in c. quamuis pactum, in relect. 2. part. §. 2. num. 9. de pact. in 6. Palat. in d. cap. §. 24. notabil. 5.*

De illo tamen quæritur, & satis dubium apud me est: nam uideo cõmunem ex una parte, et omninò ex diametro textum contrarium iudicio meo, quem à nemine uidi ponderatum. Fecit quidam testamentum

q plures

plures sub pœna iußit manere in perpetua communione, an contra facientes, in pœnam incidant, commu-
114 *nis DD. sententia est, non potuiße † testatorem facere, ut essent in perpetua cõmunione, Ias. & Cast. in l. si non sortem. §. si centum, D. de condic. indebit. Felin. in c. si diligenti, nu. 21. extra de for. competen.*
115 *Rip. in l. nemo potest, nu. 20. D. de legat. 1. † communis tamen textus mihi uidetur id poße testatorem apertè probans, in l. fin. §. Lucius, D. de legat. 2. ibi, primum autem rogo sic inter uos agatis, ut me uiuo egistis. Itemq́, rogo ut quicquid ego reliquero, aut uos habetis, commune uobis sit. Ecce textum, in quo seruatur uoluntas testantis iubentis aliquos esse in perpetua communione. Et quamuis in textu non fiat mentio de hac æternitate: tamen de neceßitate id colligitur: nam dicendo testator, ac iubendo, ut aliqui sint in communione, & sic indefinitè loquendo, idem est ac si dixisset semper, uel in omni tempore, quoniã*
116 *indefinita † æquipollet uniuersali, l. si pluribus, D. de legat. 2. Couar. lib. 1. resolut. cap. 3. Igitur de neceßitate dicẽdum est per illum textum, posse testatorem facere, ut hæredes sint in perpetua communione, nisi ad illum texum respondeatur. Nam id posse testatorem facere usq; ad certum tempus, certum est,*

Gram.

Grammat decis. 7. nu. 1. & 2. ubi pulchrè.

Hoc etiam dicunt DD. testatorem posse, ut scili-
117 *cet unus ex hæredibus solus sustineat † onera hæredita-*
ria, Bart. in l. continuus. §. ult. D. de uerb. oblig. Roman. in concil. 49. incip. inspectis, Aymon Crauetta in consil. 174. diuino subsidio, num. mihi 8. cum & aliàs iure caueatur, ut pro portionibus hæredi-
118 *tariis hæredes † onera sustineant, l. 1. C. si cert. pet. l. 1. & 2. C. de hæredit. actionib.*

In eadem potestate testatoris est facere, ut uni testi
119 *credatur, † l. Theopompus, D. de dot. præleg. Alex. cons. 54. incip. circa id quod quæritur, Afflict. in decis. 361. nu. 5. cum aliàs regulariter uox unius, sit uox nullius, l. iurisiurandi, in fin. C. de testib. quod*
120 *an & quando † procedat ponit Cassan. in consuet. Burgund. tit. des iustices §. sexto, uersic. son creuz, nu. 5. 6. & 7. & §. 7. uersic. soufisamment, nu. 2. latè Anton. Gabriel. lib. 1. conclus. tit. de testib. conclus. 1. ubi mirabiliter scribunt, ponendo totam materiam, & quando, & quibus casibus uni testi credatur.*

Ad eandem potestatem testatoris pertinet, quod
121 *communibus placuit, posse testatorem facere † ut monasteriũ loco filii non habeatur, neq; ad illud aliquid*

transeat, ut ex Paul. Castren. Dec. Rip. & aliis communem dicit Fernand. Vasq. lib. 3. de succes. creat. §. 21. num. 168. Cum aliàs de iure monasterium habeatur loco filii, & faciat deficere conditionem, si decesserit sine liberis, Authen. nisi rogati, C. ad S. C. Trebell. Couar. lib. 1. uar. resolut. cap. 19. num. 7. cap. in præsentia, ubi latißimè Felin. & Dec. extra de probation.

122 *Sanè non poterit testator remittere † cautionem, usufructuario de utendo, & fruendo arbitrio boni uiri, l. 1. ubi Bart. Bald. & alii, C. de usufruct. l. scire debetis, ubi Salyc. & Bald. C. ut in poss. legat. Aymon Crauetta in cons. 187. num. mihi 7. latè Anton. Gabriel. lib. 5. conclus. tit. de usufruct. conclus. 1. num. 28. Fernand. Vasq. lib. 1. de succes. creat. §. 7. nu. 22. post Bart. Crotum, Rip. & alios in l. nemo potest, D. de legat. 1. communi ratione attenta, quia inuitaretur ad delinquendum, contra l. conuenire, D. de pact. dotalibus. Illud enim omnes*
123 *sciunt, teneri usufructuarium † ad præstandum duas cautiones, alteram, se usurum arbitrio boni uiri, l. usufructu constituto, C. de usufruct. tot. tit. D. usufruct. quemad. caueat alteram; qua promittit se finito usufructu rem restituturum, l. si non in contro-*

uersia, ubi Bart. D. si cui plusquam, per l. Falcid. Quantumuis ab istis cautionibus multi sint immunes,
124 *† fiscus nempe, pater habens usufructum in bonis filii, donans aliquid retento usufructu, is cui hæres remisit, & alii eleganter relati ab Anton. Gabriel. ubi supra conclus. 1. num. 43. cum seqq. propter specialitatis rationes diuersas militantes.*

De illo nunc quæritur, Testator pone in suo testamento donauit quingentos aureos Sempronio, (illud
125 *enim certum est, & in ultima uoluntate † contractus celebrari posse, DD. in l. hæredes palam. §. fin. per glos. & tex. ibidem, D. qui testament. facer. poss. quo casu, an reuocato testamento, reuocetur etiam contractus, docet Guilielm. Benedict. in rep. cap. Raynun. in uerb. testamentum 2. num. 5. extra de testamen. Rip. in l. nemo potest, num. 34. & 35. D. de legat. 1. Fernand. Vasq. lib. 3. de success. creat. §. 23. nu. mihi. 2.) uel fecit aliquam donationem aliam, & uoluit ut talis donatio reuocari non posset ab eodem, etiam donatario committente causam sufficientem ingratitudinis, propter quam donatio reuocatur, l. ultim. C. de reuocand. donation. & ibi latissimè Rip. an potuerit illud testator facere, & sic renunciare reuocationi ex causa ingratitudinis.*

Et

Et quidem in hoc, Bald. in l. ult. C. de pact. & in l. ult. C. de bon. quæ lib. Salyc. in l. pactum. C. de pact.
126 *Spec. in tit. de donation. §. 1. existimarunt, † non posse aliquem beneficio reuocandi ex causa ingratitudinis renunciare, relatore Felin. in cap. si diligenti. nu. 25. ubi latissimè, quibus & quomodo renunciari possit necne, an facultati præscriptionis, an beneficio cessionis bonorum, an appellationi, an solemnitatibus iudiciorum, Velleiano, insinuationi, iuri alimentorum, doti, libertati prouocandæ diuisionis, & aliis permult. extra de for. comp. Quantumuis dixerit idem Felin.*
127 *ibidem ex Ioan. Andr. secus esse, † quando renunciationi appositum esset iuramentũ. In ea tamen sententia ego acquiescerem retenta opinione supradictorum, ut talis renunciatio etiam cum iuramento non ualeat contra Ioan Andr. ea ratione, quia ea de causa quis nequit renunciare beneficio reuocationis ex causa ingratitudinis: quia esset dare magnam occasionem delinquendi, & apertam ansam donatario, quod est omnino contra bonos mores, d. l. conuenire D. de pact. dotal. Imo quod magis est, esset omnino remittere dolum futurum, quod est legibus omnino prohibitum, l.*
128 *si unus. §. illud, D. de pact. Attamen † quando aliquid est contra bonos mores, non firmatur iuramento,*

cap.

cap. non est obligatorium, ubi Bonifac. loquitur generaliter de reg. iur. in 6. nec est facienda differentia cōsiderādo bonos mores de iure Canonico, uel de iure Ciuili, nam apertè & indistinctè loquitur Bonifacius:
129 *militāte alia etiam regula, quæ indistinctè dicit: † iuramentum non debere esse uinculum iniquitatis, cap. quanto personam tuam, extra de iureiuran. Nec mouerer iuramentum esse seruandum, quando non uertit in dispendium salutis æternæ, uel præiudicium tertii, cap. cum contingat, extra de iureiur. c. licèt mulieres, de iureiur. in 6. nam concedo uerum esse, iuramentum esse seruandum, sed desiderari etiam omni-*
130 *modo, ut iuramentum habeat iudicium, † ueritatem, & iustitiam tanquam comites, cap. etsi Christus, extra de iureiuran. In nostro autem casu quis dubitat maximam iniustitiam adesse, & iniustissimum omnino esse, dolosum cum dolo suo non puniri? Minus etiam mouerer, per c. quemadmodum, D. de iur. quoniam ibi promissum erat non accusare de delicto iam commisso, at nos loquimur de futuro, & quamuis dolus futurus non possit remitti, tamen benè potest re-*
131 *mitti † præteritus, dict. iurib. quia cessat ratio inuitans ad delinquendum. Nihil enim dubii est, posse donantem parcere ingrato post ingratitudinem com-*

commis-

commissam, sed committendam non posset remittere propter dictam rationem. Quod idem in patre testante, & filium suum instituente dici possèt, quamuis enim non posset renunciare facultati exhæredandi eundem filium propter ingratitudinem, per supradicta, tamen post commißam ingratitudinē, benè poßet se cum filio reconciliare, & condonare eidem reuocando exhæredationem, ut mirabiliter dicit Bart. & est perpetuo notandum, in l. si quis ita §. non solum,
132 *in ult. uerb. qui plus dicit, quòd † per solam reconciliationem censetur tacitè exhæredatio reuocata, D. de adimen. legat. Quæ omnia tu notabis, quia fortè per tuos quatuor annos, quos consumpsisti in scholis, adhuc non audieras.*

Nec illud me hercle mirandum est quod diximus, ut non poßit renūciari beneficio reuocationis ex causa ingratitudinis, tum per ea quæ supra diximus, tum ob detestationem & odium ingratitudinis, quæ est uitiorum peßimum. Quanto enim amicitia laudabilior
133 *est, propter quam † regulariter fiunt legata, institutiones, donationes, & similes honores, l. nec adiecit D. pro soc. tanto detestabilior ingratitudo. Et ita quemadmodum multa sunt specialia in iure admissa propter amicitiam & affectionē, ita è contrario multa*

ta sunt

ea sunt retractata propter ingratitudinem. De illo patent exempla ad oculum. Quamuis de iure ita constitutum sit, nulla ratione subintelligi clausulam codicil-
134 *larem in testamentis, nisi † re ipsa apponatur, ut cõmunes DD. tradunt ex tex. in l. ult. C. de codicill. referente latißimè Anton. Gabriel. lib. 4. conclu. tit. de testamen. conclus. 5. Tamen quotiescunq; testamentum est factum inter amicos (amicos sumendo prout Alciat. in l. latæ culpæ. §. amicos D. de*
135 *uerb. sing.) ardor ille liciti amoris † habet uim clausulæ codicillaris, ita Bald. in l. si iure, C. de testam. man. quem refert Ias. in l. exigendi, nu. 5. C. de procurat. latißimè Fernand. Vasq. lib. 3. de success. creat. §. 21. num. mihi 161. & seq. qui citant multos Doct. uidendus Catell. Cotta in memorab. in uerb. amor li-*
136 *citus, ubi etiam refert ex aliis amicum † uenire suorum appellatione, & amicitiam eße in causa, ut in testamẽto intelligatur adeße clausula derogatoria, quod est pulchrum ad l. si quis in principio testamenti, D. de legat. 3. His accedit quod fauore amicitiæ Doctoribus placuit. Certum est, receptatorem malefactoris*
137 *acriter puniri, & eadem pœna qua † puniretur malefactor receptatus, l. 1. D. de receptator. l. 1. C. de his qui lat. occultauer. quoniam, dicit Vlpian. I. C.*

in l. congruit, D. de offic. præsid. sine receptatoribus diutius malefactorem latere non posse: de quibus latè Cassan. in consuet. Burgund. tit. des iustices. §. 4. uers. & sur les ommes, num. 11. & 12. Si tamen re-
138 *cipiat, uel receptet quis consanguineum, † uel coniunctum, mitius punietur, ac non eadem pœna, qua punitus fuisset, si extraneum receptasset, ut piè moderatus fuit I. C. Paul. in l. ult. D. de receptator. docet Tiraquel. de pœn. caus. 20. & 21. quod extenderem*
139 *ego ad † amicos maxima amicitia coniunctos, ut postea reperi apud Hippol. Marsil. I. C. egregium Bononiensem in l. unica, de rap. uirg. C. nu. mihi 206.*
140 *& seqq. in folio magno: quæ pœna etiam † mitigabitur, quando scilicet quis recipit malefactores propter iustum timorem, ac contra uoluntatem suam, ut satis eleganter retulit Cotta in memorabil. in uerbo, bannitorum. Nam & qui propter metum deliquit, mitius*
141 *† punitur, ut ponit idem Tiraq. de pœn. caus. 36. Nec minus fauet amicis, quod ab eodem Tiraquel. mirabiliter ponitur, & disputatur, an iudex propter*
142 *amicitiam minuere † poßit pœnam delicti, & an id tantùm procedat in Sum. Pont. uel Imperatore, uel alio non recognoscente superiorem, in tit. de pœn. caus. 16. ad cap. nisi, cum sua glos. extra de offic. deleg.*

sunt

sunt & multa alia in quibus propter amicitiam habe-
143 *næ relaxantur, quæ latius † ponuntur per D. Ioan. de Lign. in suo pulchro tract. de amicit. & D. And. Tiraquel. in tract. de pœn. caus. 22. ubi notanda & elegantia dicunt. Verumenimuerò quamuis amicitia uera, ac honesta nihil laudabilius, nihil dulcius inter ho*
144 *mines reperiatur, ita è conuerso amico † ingrato nihil turpius, nihil tàm uiro nobili indignum inuenitur. De quo legi elegans dictum apud Francis. Rip. in l. ult. C. de reuocan. donat. amicũ scilicet ingratũ, inter amicos*
145 *esse, quemadmodum est † mus in pera, serpens in gremio, & ignis in sinu. Quamobrem (ut de secundo quod promisimus exempla demus) multa leges statuerunt ingrati animi puniendi causa: ideò permiserunt*
146 *† perfectam donationem reuocari, d. l. ult. C. de reuocand. donat. filium exhæredari posse §. aliud quoque capitulum, Nouel. ut cum de appell cognoscit.*

147 *Eundem † emancipatũ posse redigi in patriam potestatem, l. unica, & ibi Bald. C. de ingrat. liber. ubi Accur. per alias leges dicit posse libertum in seruitu-*
148 *tem reduci. Eidem alimenta propter † ingratitudinem à patre denegari posse. quia priuatio alimentorum, & exhæredatio à patri procedunt, hoc est, ex quibus causis potest quis exhæredari, potest etiam alimentis pri-*

uari, l. ult. cum glos. C. de alend. liber. Vasq. lib. 1. de success. creat. §. 10. num. 624. sed propter ingratitudinem quis potest exhæredari, ut supra dixi, ergo & alimentis priuari. Et multa alia propter ingratitudinem fuerunt inducta, quæ unusquisque studiosus perquirere poterit, hæc enim pauca exempla adducere placuit, ut aliquantulum ingrati animi malè merita ostenderemus, nunc ad superiora redeamus.

Redeundo iam ad potestatem testatoris (quæ nostra est materia) illud perquirere necesse est, an pos-
149 *sit † testator, qui testamentum fecit, efficere ut dictum testamentum non ualeat iure testamenti, sed iure codicillorũ. Et quidem in hoc Socin. in cons. 141. Reuerende pater, lib. 1. Ioan. Andr. in spec. titu.*
150 *de instrumen. edit. §. compendiosè, putarunt † testatorem habere potestatem, contra quos tenet Fernand. Vasq. lib. 1. de success. creat. §. 10. num 91. Ego tamen cum Ioan. Andr. & Socin. ab eodem citatis existimarem benè poße testatorem facere, ut testamentum non ualeat iure testamenti, sed iure codicillorum, hac ratione. Quia si testator potest facere testamentum, quod iure testamenti non ualebat, ualere iure codicillorum, si scilicet apposuerit clausulam codicillarem, l. ult. C. de codicill. multo fortius poterit fa-*

cere, ut testamentum, quod ualebat iure testamenti, ualeat iure codicillorum, & non iure testamenti; quia
151 *cui † conceditur quod est plus, conceditur etiam quod est minus, uulgata iuris regula, cui licet, ubi eleganter Dyn. de regul. iur. in 6.*

Atque hactenus de secundo dubio, an scilicet potuerit facere testator, ut de legatis ad pias causas Falcidia detraheretur, & aliquibus exemplis confirmantibus, ad corroborationem uoluntatis testatoris nostri Vmberti, & declarationem adductis, reliqua ex latioribus erunt petenda.

Tertium Dubium.

SVMMARIA.

1 *Pauperum & piæ causæ fauore incertitudo non viciat dispositionem.*

2 *Incertitudo viciat legata, & dispositiones alias.*

3 *In foro conscientiæ, & animæ apices iuris non considerantur.*

4 *Pia causa semper et in omnibus dispositionibus censetur excepta.*

5 *Pia causa quando dicatur.*

6 *Causa incarcerati dicitur pia.*

7 *Quicquid relinquitur pro anima dicitur ad piam causam.*

8 *Pauper quis dicatur, longa quæstio ex varijs DD.*

Quis



D tertium dubium accedentes, in quo uersatur aliqua difficultas, nec satis constat inter Doctores, qui scilicet dicantur pauperes Christi, antea declarabimus, an hoc ex incertitudine uicietur, dū dixit testator, ueniant bona ad pauperes Christi. Et in hoc placuit talem incertitudinem non
1 *uiciare piæ causæ, ac pauperum † fauore, l. id quod pauperibus, l. si quis ad declinandam, C. de episcop.*

& cleric. quantumuis in aliis non priuilegiatis ita constitutum sit, ut legatum incertis personis factum omnino uicietur .§. incertis, de legat. apud Iustin. l. qui
2 *plures, D. de usufruc. legat. quod incertitudo † habet de more, solet enim dispositiones uiciare, l. ita stipulatus, la grande, & ibi omnes, D. de uerb. obligat. De*
3 *illo nihil mirum, cum in foro † animæ apices iuris non considerentur, latè Cotta in memorabil. in uerbo, apices iuris: maximè cũ, ut supra dixi, ex Crauet. cons. 3. & aliis dispositio pia in omnibus aliis generaliter,*
4 *† loquentibus censeatur excepta causa autem pauperũ dicitur pia. Nam pia causa dicitur, quando legatum*
5 *est factum puta pauperibus, ecclesiis, † hospitalibus, glos. & DD. in l. si quis Titio, de legat. 2. Panor. in rubr. de testam. Ias. in l. 1. in 1. lect. C. de sacrosanct. eccles. eleganter Euerard. loco à liber. ad piam caus. mihi num 37. Dicitur etiam causa pia, causa*
6 *† incarcerati; Anchar. in cap. 1. de test. Bald. in l. quamuis, D. solut. matrim. & in Authen. contra rogatus, C. ad S. C. Trebell. quemadmodum etiam causa uiduæ, uel pupilli, Grammat. in decis. Regn. Neapolit. decis. 103. nu. 138. Et deniq; quando ali-*
7 *quid relinquitur pro anima, † ut ex locis, & fontibus supra citatis colligitur, & docet Cardin. Parisius in*

cons.

conſ. 24. duo principaliter, num. 7. in 3. uolum. & latè Andr. Tiraq de priuileg. piæ cauſæ. Et ſic non eſt dubium ualere pauperum inſtitutionem etſi incertam, uel eiſdem legatum factum, ut eleganter declarat Couar. in cap cum tibi, de teſtament. nu. 14.

Sed in hoc me hercle uerſatur difficultas, dato & conceſſo ualere legatum pauperibus in genere factum, uel aliam de eis diſpoſitionem, qui ſcilicet pauperes dicantur, ac de quibus intelligi debeat, & quomodò bona diuidenda inter eos, quod erit iam condeſcendere ad maiorem ſpecialitatis (ut ita dicam) rationem.

8 *Sanè pauperem dixit † Abb. in cap. 1. de accuſ. ubi etiam Felin. illum qui non habet in bonis quinquaginta aureos, cap. prohibentur 2. q. 1. Poſtea dixit ſtan-*
6 *dum uulgi opinioni, & demq; iudicis † arbitrio, qui arbitrabitur conſideratis qualitatibus perſonarum, qui etiam ponit exempla. Ex nouis Craueta poſuit illum eſſe pauperem, qui non habet unde ſe alat, ſed tenetur ex artificio uiuere, in conſ. 199. num. 5. 6. & 8. inferens mulierem illam pauperem dici, quæ non habet uictum, & ueſtitum. In hoc autem reditus cõſiderabuntur, an quis poßit ſe alere, nec tenebitur quis uendere proprietatem, ex Bald. in l. ult. §. ipſum autem C. de bon. quæ lib. Iam Petr. Rebuffus Doctor ex-*

cellens

excellens pauperem illum depinxit, qui in redditibus non habet ducentos florenos, in tract. nominat. q. ult. num. 9. Qui omnes ſuas circunſtantias conſiderant. Bellon. conſ. 11. & Dec. conſ. 120. lib. 1. num. 3. id totum uoluerunt relinquendum iudicis arbitrio, ubi ponit Dec. quomodo paupertas probetur, poſt Bart. in l. ſi conſtante, D. ſolut. matrim. & fortè ante Palat. Ruu. in cap. per ueſtras, extra de donation. inter uir. Iam Bargarotus illum uoluit dici pauperem, qui habet minus quinquaginta aureis, in trac. de excep. dilator. iudic. num. 2. Poſt hos omnes Doctores ita loquutus fuit quidam Iodocus Damhouderius nobilis Germanus in ſuo eleganti pupillorum Patrocinio, cap. 6. num. mihi 26. Ad uidendum quis dicatur pauper tria animaduertenda ſunt, primò expreſsi in iure caſus, ſecundò quomodò ad iudicis arbitrium erit redeundum, poſtremò ſpectandum quibus ex cauſis, rationibus, indiciis, aut circunſtantiis aliquem eſſe pauperem iudex arbitrabitur. Quæ mihi uidentur uerba elegantiſsima ex Bart. ad exordium, d. l. ſi conſtante. Fortè dici poterit arbitrio iudicis relinquendum, cum certa regula generalis à iure non ſit expoſita, ſed caſus aliqui ſpeciales, ſecundùm quos Doctores loquuti fuerũt. Illud eſſet ex uulgata iuris regula: quãdo

10 *aliquid expreßè † à iure non est determinatum, arbitrium iudicis succedere, l. 1. D. de iur. deliberand. l. uoluntatis, C. de fideicom. Magis enim iudex scire potuit circunstãtias quotidie de nouo euenientes, quàm lex, quæ fuit causa, ut lex omitteret, quæ non potuit de nouo quotidie, & diuersimodè militantes circunstantias in singulis hominibus considerare, l. 3. §. tu magis scire potes, ubi lex alloquitur iudicem, D. de testib.*
11 *Ea enim ratione † Bald. dixit in cap. 1. §. iudices, num. 5. de pac. iur. firm. arbitria iudicibus relinqui: quia actus aliquando nouam, aliquando ueterem desiderant prouidentiam. Et ita iudex arbitraretur obseruando casus à iure expressos in casibus specialibus,*
12 *nam debet regulare arbitrium suum † secundùm leges, l. 1. D. de usur. Bald. ubi supra, qui dicit iudicem tunc non debere fulminare neq; furiare, in nõ expressis considerabit circũstantias. & ista est uerißima resolutio.*

Videamus igitur in specie, de quibus pauperibus intelligatur dispositio testatoris nostri, qui uoluit bona sua uenire ad pauperes Christi. De hoc non du-
13 *bitando pauperes debere eße de loco domicilii † testatoris, ad quos maiorẽ affectionem censetur testator habere, argumento §. si quis in nomine, in Nouel. de*

eccles.

eccles. tit. Pet. de Ancharan. cons. 2. nu. 14. Couar. in d. cap. cum tibi, nu. 12. Benedic. de Capra cons. 160. num. 2. Durand. in specul. lib. 2. part 2. tit. de instrum. edit. §. nunc uerò aliqua, num. 64. Quemadmodum in simili dicitur ab eodem Durando, in eodem num. 64. quòd si testator mandauerit fieri pontem, uel hospitale, uel quid simile, nec dixerit, seu expresserit in quo loco: esse intelligendũ, ut fieri debeat in loco sui domicilii, citat cap. si peccauerit, ad fin. 2. q. 1. l. quæ conditio. §. cum ita, D. de condit. & demonst. l. capitalium. §. famosos, D. de pœn. si tamen hospitale non possit fieri ubi testator iussit, tunc alibi fiet, ut idem dicit per cap. nos quidem, extra de testament. quò se remittit Ioan. Andr. in addit. ad eundem. Et in illo inuenio eandem difficultatem, nam tex. in l. si quis ad declinandam, C. de episc. & cleric. uidetur omnino dubiũ explicare, dũ dicit intelligendũ de pauperibus hospitalis, & si sunt plura hospitalia, de eo quod in maiori egestate, ac necessitate positũ erit: quem textum dicit Bart. ibidem esse correctum per Nouel. de eccles. tit. §. si quis autem, & ita concludit relinquendum arbitrio iudicis; quod non placet mihi aliqua ratione, ut ille textus corrigatur, & infra dicã. Quam-
14 *obrem Archid. † in cap. 1. de testam. in 6. in uerbo,*

Christi pauperes, sentiens difficultatem imprimis dixit de eis esse intelligendum, qui in xenodochiis positi sunt & parochiis, per d. l. si quis ad declinandam, l. nulli, l. orphanotrophos, C. de episc. & cleric. Nouel. de eccles. tit. §. ultimo, cap. 1. 82. distin. l. 1. C. de mendicant. ualid. Deinde dubitat, an admittantur captiui positi in carcere, uel infirmi in hospitalibus (quorum infirmorum multa priuilegia posuit Gomes. Hispan in regul. cancell. regul. de infirm. resignant. q. 9.) uel illi qui omnibus renunciauerunt propter Deum, quales sunt religiosi, cap. non satis, 86. distin. cap. non dicatis, 12. q. 1. cap. statuimus, 30. q. 3. cap. cum ex iniuncto. §. super eo, de oper. nou. nunciat. cũ in eis ratio duplex concurrat, paupertatis scilicet, & religionis, cap. ult. 16. q. 1. ubi dicitur, quòd in pauperibus non tàm paupertatem, quàm religionem attendere debemus. Nam illi se Deo dedicant, & possunt dici uerè pauperes, quia propter Deum propriæ uoluntati renunciauerunt: alii autem pauperes habent uoluntatem propriam, & possunt bona possidere, saltem potestate possident. Quibus addi potest in dubio pro religione iudicandum, cap. ult. de sent. & re iudic. extra, l. sunt personæ, D. de relig. cum uulgat. His accedit aureum dictum, & qui non habet attra-

mentum

mentum deberet illud scribere sanguine digiti; in dubio scilicet quando est relictum religiosis, esse potius
15 iudicandum pro religiosis † fœminis, quàm pro religiosis masculis, ut ex Præposit. in cap. uerum, de condit. apposit, & Decio in cap. in præsentia, de probation. refert Ioan. de Neuisan. in sua sylua. Et ita dato, quòd intelligeretur dispositio de istis pauperibus, esset potius iudicandum pro fœminis, quarum propter sexum magis est quodammodo miserendum: quemadmodum in iure passim uidemus, maximè in eo quòd delinquentes mitius puniuntur, & sic eis aliquantulum parcitur propter sexus fragilitatem, l. quisquis. §. ad filias, in illis uerbis, mitior enim, C. ad l. Iul. maiest. l. sacrilegii pœnam, in princip. ad l. Iul. pecul. Quo spectāt quæ eleganter scripsit Andr. Tiraquel. multa de sexu fœmineo tradens in tract. de pœn. reor. augen. uel minuen. causa 9. In quibus omnibus casus à iure expressos considerare tantùm debemus. Quantumuis enim fœminæ sint priuilegiatæ in genere: latè Tiraq ubi supra causa 11. tamen non utuntur priuilegio, nisi in casibus expressis, l. ult. C. de iur & fact. ignor. ex regula priuilegiatorum in genere, quam elegantissimè declarat Anton. Gabr. lib. 6. conclusion. tit. de legib. & constitut. conclus. 1.

Sed

Sed contra religiosos docet Archidiac. facere textum in d. l. si quis ad declinandam, quæ certè admodùm urget: ut scilicet intelligatur dispositio de pauperibus hospitalis, & si sint plura hospitalia de eo quod erit in maiori inopia, proinde dicit uideri relinquendũ arbitrio Episcopi. Et ita nihil resoluit. Qua propter ego ita dicerẽ. Quando pauperes in genere instituun-
16 *tur omnino seruanda est dispositio d. l. si quis † ad declinandam, ut de hospitali pauperum intelligatur, ita tenet Rolandinus Passagerius in flore testamentorum, rubric. 10. num. 6. & si sint plura, de pauperiori: nec curarem arbitrium episcopi in hoc, cum habeamus expressam decisionem, quam Episcopus sequi tenetur, si iura obseruare uoluerit, ut debet, cap. 1. de constit. cap. 1. de senten. & re iudic. extra, & in 6. Authen. iubemus, C. de iudic. cum similib. Et ita nõ placet mihi Bart. opinio, dum dixit illum textum esse correctum, (ut pace tanti uiri dixerim, cui in Hispania maximè fauerunt Reges, dum decreuerunt Bartoli opinionem in contradictione Doctorum esse præferendam, & est uerum, & refert Alphan. ex Ioan. de sancto Seuerino & aliis, in collectan. num. ll. 120. ad l. origo, D. de offic. quæstor) per nouell. de eccles. tit. maximè cum sit uitanda correctio, uulg. glos.*

Quin-

Quinimò dicerem illum tex. seruandum esse hodie, &
17 *† arbitrium episcopi admitterem, quando essent plura hospitalia in paupertate æquali constituta, tunc enim Episcopum putarem posse unum ex illis ad arbitrium eligere. Nec mouerer per ea quæ citata sunt de iure Canonico, ad probandum de aliis pauperibus religiosis scilicet, & similibus esse intelligendum: quoniam nullus textus apertè decidit quæstionē de iure Canonico, quemadmodum ille in d.l. si quis ad declinādam: quo casu succedit regula, iuris ciuilis dispositionem attentendendam, cum non dedignentur † sacri canones sacras leges imitari, cap.1. & 2. extra de oper. nou. nunciat. Quemadmodum è conuerso, ut in dispositione cap. Raynuntius, cap. Raynaldus, de testam. cap. si pater, de testam. in 6. ubi eleganter Emanuel à Costa. Et illud putarem uerissimum omnino. & ita existimo in hoc casu, omittēdo pauperū priuilegia, & paupertatis (quam non esse † uilem dixit Imp. in l. humilem, C. de secun. nup. & non facere hominem improbum dixit Marzarius cons. 16.) quæ refert, ut dixi aliàs, quadraginta quatuor, Luc. de Penn. in l. ult. C. de his qui num. liber. & decem † & septem incommoda: ponit eleganter Pet. Rebuff. qui citat Ias. Porc. Ioan. de Rosel. & alios in constitut. Parisiens.*

18 (margin, beside "tendendam")
19 (margin, beside "pertatis")
20 (margin, beside "ult. C.")

commento, trac, de sent. prouis. ibi, les aultres ordonances, in princip. docet Gulielm. Rouille in tract. de iustit. & iniustit, cap. 8. tit. de paupere superbo, ubi ponit commoda, & incommoda paupertatis; quid sit paupertas, & quotuplex, ponit etiam Pet. Antibol. in tract. de muner. in 3. parte principali, nu. 45. cum seqq. Et eam paupertatem esse in causa, ut à generalitate legis recedatur, dixit Andr. Alciat. de uerb. sign. num. 76.

Enimuerò si miserabilibus personis legatum relictum sit, etiam ad pias causas legatum factum erit, Alex. cons. 126. uolum. 4. incip. in hac hæsitatione. Rebuff. ubi supra, ad quem est recurrendū, quādo du-
21 bitabatur, quæ dicantur † personæ miserabiles, quoniam dicit se fuisse interrogatū, ideò sumit rē ex proposito, addducens earūdem 16. prærogatiuas post Panor. in c. licèt ex suscepto, de foro compet. Felin. in c. significantibus, de offic. delegat. de quo Neuis. in sua sylua. Inter omnes prærogatiuas illa recensetur quæ ponitur
22 in l. 1. C. quādo Imp. inter pupil. † (de quibus uiduis Marsil. in l. 1. de rapt. uirg. nu. 211. cū mult. seq. in folio magno) quò spectant, quæ scripsit Didac. Couar. Præfectus Pretorio S. ac cathol. Maiestatis in prac. qq. c. 7. Hactenus de tertio dubio ad laudem Dei.

BREVIS

BREVIS SERMO COMPREHENDENS ALIQVOS TITVLOS, ET PARTEM LEctionis restitutionis in integum.

PETRO MOLLIO HISPAN. Maioricen. I. V. D. Authore.



Estitvtionis in integrum (quæ dicitur prioris status repositio, l. quod si minor. §. restitutio, D. de minorib. l. 1. C. de sent. pass.) duplex ratio constituitur, altera specialis est, altera generalis: Prioris extat titul. de minor. D. & C. de in integ. restit. Posterior titulos etiam per se habet D. & C. ex quibus caus. maior. ibi, si qua mihi causa iusta uidebitur in integrũ restituam. Rursus illa quæ specialiter competit minoribus: uel postulatur in his quæ gesta sunt sine authoritate curatoris cum eum haberet: uel in his quæ gesta sunt cum eo. Priori casu restitutio necessaria non est: sed contractus & gesta sunt ipso iure nulla, l. si curatorem habens minor, & ibi Bald. & Alexan. C. de in integ.

 restit.

restit. minor. idem credendum in præscriptionibus temporalibus, quæ minori hodie ipso iure non currunt, & ideò non est necessaria restitutio, nisi sit præscriptio triginta, uel quadraginta annorum, l. ult. C. in quib. caus. in integ. restit. non est necess. Posteriori casu ualebunt gesta cum minore cum authoritate curatoris, sed si læsus fuerit, competet restitutio, l. minoribus, C. si tut. uel cur. inter. d. l. si curatorem, C. de integ. restit. min. licèt aduersus curatores, & administatores agere possit, l. etiam. 1. C. si tut. uel curat. interuen. & unum remedium per electionem alterius non tolletur, l. ult. C. eod. (quæ in curatoribus contrahentibus, & distrahentibus loquitur, & an suffecisset dicere contrahentibus, & sic quando appellatione contractus, ueniat distractus, ponit eleganter Andr. Tiraquell. De legib. connub. glos. 5.) latè Anton. Gabriel. lib. 2. conclus. tit. de action. concl. 1. 2. & 3. ad l. ult. C. de codicill. & ad l. quod in hæredem, §. eligere, D. de tributor. cum simil. Rursus si contractus fuit celebratus cum authoritate curatoris: uel petitur restitutio propter læsionem euenientem tempore contractus, uel propter eandem superuenientem post contractum celebratum. Priori casu minor restitutionem petendo audietur; posteriori uerò minimè;

tradit

tradit eleganter Matth. de Afflict. in decis. Regn. Neapol. decis. 340. Aymon Crauetta in consil. 12. num. 17. Diuino subsidio ex corde, qui citat legem ue rum. §. sciendum, D. de minorib. l. 3. §. Diui, D. de iur. fisc. Deinde si læsio euenit tempore cõtractus, uel euenit in non priuilegiatis, & minor restituetur, C. si aduers. solut. si aduers. usucap. si aduers. uendit. si aduers. transact. si aduers. uendit. pignor. Posteriori casu, uel priuilegium conceditur ratione personæ, uel rei. Si ratione personæ, uel illa persona est æquè priuilegiata, uel minus priuilegiata. Si æquè priuilegiata, uel agit minor de lucro captando, uel de damno uitãdo. Si agit de damno uitando restituetur, aliàs nõ, l. uerùm §. item quæritur, D. de minorib. l. si minor uigintiquin que annis filiofam. D. de minorib. sin uerò minus priuilegiata: tunc minor restituetur, d. l. uerùm §. fin. ubi minor restituitur aduersus filium familias quamuis nitentem iuri Senat. Maced. dummodò sit maior. l. 1. C. si aduers. fisc. Nam licèt Fiscus multa habeat priuilegia, quorum 31. ponit Paul. Castrens. in l. ult. C. de priuileg. fis. sexaginta sex Iacob. de sancto Georgio in tract. feud. in uerb. sed an princeps, à num. 2. usque ad fin. 91. Matth. de Afflict. in cap. si duo fratres, de fratrib. de nou. inuestit. in feud. cen


tum & quadraginta, Franc. Luc. de Par. in trac. de fisc. & eius priuilegiis, in 1. part. à nu. 7. usq; ad fin. Tamen in hoc non reperitur priuilegiatus, ut aduersus eum minor non restituatur, ut reperitur pater, & patronus, ex l. ult. C. qui & aduers. quos, et statim regula succedit: priuilegiatum in genere non uti priuilegio, nisi in casibus à iure expressis, l. ult. C. de iur. & fact. ignor. latè Gabriel. de legib. conclus. 1. sin uerò priuilegium conceditur rei: uel res reperitur in eo casu magis priuilegiata, & tunc minori denegatur restitutio, tit. C. si aduers. libert. uel reperitur æquè priuilegiata: & tunc, uel sumus in excessu, uel in congruo: si simus in exceßu minor restituetur, l. 1. & tit. C. si aduers. dot. Si enim mulier minor dederit dotem marito excedentem qualitatem, & dignitatem, poterit restitui, d. tit. At si non excederet, benè posset mulier totum suum patrimonium in dotem dare, l. nulla, C. de iur. dot. Et an simpliciter nubendo, & nihil de dote exprimendo mulier habens amplum, ac magnum patrimonium censeatur illud totum in dotem dedisse, ponit elegantiss. Didac. Couar. in epitom. super 4. part. 1. cap. 5. num. 5. Angel. cons. 335. Anchar. cons. 94. Panor. cons. 46. in 1. parte nu. 3. Alexand. in cons. 144. in 5. uolum. incip. circa primum

mum dubium. Posteriori casu si simus scilicet in congruitate, minor non restituetur, C. si aduers. dot. Rursus si læsio euenit tempore contractus, uel quæritur de restitutione ipsius minoris, uel accedentium. Priori casu habebit locum restitutio, secundo uerò minimè, C. de fideiss. minor. l. 1. & tit. si in com. eademq; caus. Et uidemus in simili firmum, ac ualidum fundamentum habere obligationem accessoriam, quamuis principalis non teneat, l. & si is, ubi Bart. qui se remittit ad l. cum lex, ubi pulchrè explicat, D. de fideiussor. C. de præd. minor. & ideò quamuis infirma sit alienatio rerum ecclesiæ, sine solemnitate requisita à iure, l. iubemus. cum simil. de sacrosan. eccles. eleganter Rebuff in tract. de alienat. rer. ecclesiæ, maximè nu. 9. ubi ponit solemnitates requisitas in dicta alienatione: tamen si alienans obligauerit bona: ualebit talis obligatio, per d. l & si is, & ita ego dico.

Aut sumus extra contractus. Et tunc uel sumus in iudicialibus rebus, uel in rebus ultimæ uoluntatis, uel sumus in delictis. Primo & secundo casu minor restituetur, tit. si aduers. rem iudic. l. minor uigintiquinque annis omissam, D. de minorib. titul. cum Authen. si omnes, C. si minor ab hæred se abstineat. l. 1. & tit. C. si ut omiss. hæreditat. uel bonor. posses.

Tertio

Tertio uerò casu, uel delictum est perpetratum culpa: uel delictum est cõmissum dolo Si culpa, minor restituetur, l. 1. C. si aduers. delic. Sin uerò dolo, & ciuiliter agatur, idem erit dicendum: at si criminaliter, minor non restituetur: quoniam malorum mores infirmitas animi non excusat d. l. 1. C. si aduers. delict. hoc tamen casu mitius punietur propter ætatem, l. auxilium, D. de minorib. Andr. Tiraquell. de pœn. caus. 7. & quomodò puniatur tradiderat Hippolit. in l. de minore, D. de quæstionib. mihi num. 33. cum mult. seqq. Sed casu quo minor delictũ per culpam, & non per dolum cõmiserit, mirari quis posset prouisum esse eidem de remedio extraordinario, cum iam aliàs mitius puniretur, quia etiam quilibet maior delinquendo per culpam, & non dolum, multo mitius punitur, & non punitur ad mortem, eo quòd dolus in delictis desideratur, ad hoc ut quis puniatur lege Cornelia, de sicariis, l. in lege Cornel. D. de sicar. Tiraquel. de pœn. caus. 14. & sic lata culpa, & dolus in criminalibus non æquiparãtur: quamuis in ciuilibus aliud sit, l. magna, D. de regul. iur. sed mirari desinat: quoniam quando minor restitutionem petit dum culpa se delictum commisisse probauit, plus eidem prouidetur, quam alteri maiori: quoniam minor si restituitur



poni-

ponitur, & restituitur in priorē statū, l. quod si minor, §. restitutio, D. eod. nam restituere est in priorem statum reponere, d. §. restitutio, & d. l. 1. C. de sent. pass. & ita nullo modo punitur, Bart. in d. l. 1. si aduer. delict. nu. 2. At maior si culpa commiserit delictum (quod debet probare, l. 1. C. de sicar. l. 1. D. eod. c. 1. de præsump. semper enim in læsione dolus præsumitur dictis iuribus) benè punietur quāuis mitius, & hæc est resolutio. Illud proprium est restitutioni minorum, siue simus in iudiciis, in contractibus, siue in ultimis uoluntatibus, siue delictis, siue imploretur principaliter, siue incidenter, ut non aliter concedatur, nisi simul de duobus appareat, minore ætate, de qua probanda eleganter Bart. in l. de ætate, D. de minorib. & læsione eueniente, uel dolo aduersarii, uel re ipsa ob minoris facilitatem, l. minoribus in integrum, ubi Bald. & Alexand. C. eod. tit.

Altera ratio in integrum restitutionis, quæ à iudice conceditur cuilibet, si iustum ac ei benè uisum fuerit: in his procedit, quos iudices existimauerunt restituendos ex aliquibus necessariis, uel probabilibus causis, l. 1. D. ex quib. caus. maior. ibi. item si qua alia mihi iusta esse uidebitur, in integrum restituam. Inter has causas connumerantur absentiæ necessariæ

causa

causa Reipub. d. l. 1. uel probabilis causa studiorum: quarũ uarias species ponit Bart. in l. ult. D. de in integ. restitut.

His omnibus restitutionibus illa communia sunt, de quibus diligenter Impp. mẽtionem fecerunt: ut scilicet quadriennio tantùm durent continuo, loco utilis anni qui olim concedebatur ad petendum, l. ultim. C. de temporib. in integr. Quod quadriennium ab initio est utile: quia currit tantùm scienti, & post scientiam est continuum: quia computantur omnes dies, siue feriati, siue non: Cotta in memorab. in uerbo, tempus quadriennii, Ias. in §. Rursus, de acti on. mihi num. 24. uidendus Andr. Tiraquell. de retr actu lib. 1 §. 35. glos. 4. num. 44. ubi eleganter. Quod licèt ita dispositum reperiatur, ut restitutio post quadriennium denegetur: si tamen minor, uel ecclesia, uel similis enormissimè læsi fuerint: receptum est, ut etiam post quadriennium restitutionem petentes audiantur: glos. in cap. 1. de in integr. restitu. in 6. quam Socin. communiter approbatam affirmat. cons. 227. in causa, lib. 2. docet Couar. in uar. lib. 1. cap. 2. num. 10. Capyc. decis. 4. nu. 26. est tex. in clem. 1. de in integr. restit. & illud consilium legi ego apud uirum doctum obseruari in Rota Romana: idque ex eo

se scire

se scire, quod ab Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino D. Ant. Augustino tunc Romanæ Rotæ Auditori: nunc Episcopo Ilerdensi religiosissimo, ac D. meo uerbo audisset. His adde Roman. in cons. 123. circa princip. Alexand. cons. 30. Ponderatis, lib. 5. qui dicit post quadriennium non dari restitutionem, etiam si constaret de læsione: potes tu addere. nisi læsio esset enormissima, quia tunc secus.

Quibus illud accedit in minore loquendo, ut quamuis habeat hoc quadriennium ad petendum restitutionem: tamen si intra illud quadriennium, quod incipit post diem completorum uigintiquinque annorum, minor læsus fuerit post iam completos uigintiquinque annos, nulla ratione restituetur, nec audietur fortè si dicat: ego natus sum uiginti sex annos: adhuc supersunt mihi tres anni ad petendam, ac implorandam restitutionem. Quod enim dicitur intra quadriennium licitum esse minori implorare restitutionem: est intelligendum, dummodò minor intra minorem ætatem lædatur, & non in tempore concesso ad restitutionem implorandam: etiam si minor dicat: uolo uti tantùm tempore, quod mihi superest: ita mirabiliter Bart. in l. ult. C. de repud. hæredit. per tex. in l. doli exceptio, uers. diuersum, D. de nouation. à qua generalitate,

idem Bart. liberat casum, d. l. ult. Ias. ibidem nu. 4. & 5. Paul. Castren. num. 2. Quod est uerbum elegantissimum. Denegabitur etiam minori restitutio, si non cũ ipso, sed cum eo, cui successit, res gesta sit: non enim poterit restitui propter suam minorem ætatem ex gestis cum antecessore, l. Polla, C. de indign. l. Aemilius Larianus, D. de minorib.

Nec illud proprium est (ut ad secundam communitatem accedamus restitutionum) sed commune omnium: ut ad hæredes restituendorum omnino trãseant. Et sic si defunctus minor sit, qui erat restituendus: restituetur eius hæres: ut ipsamet perfecta Rubrica dicit: de temporib. in integr. restitut. petendæ: tàm minor. quàm hæredum eorum &c. Quas rubricas, cum habent orationem perfectã, posse ad decisiones etiam causarum allegari, ponit eleganter Cotta in memorabil. in uerbò, Rubricæ. Sed hoc aliquid scrupuli in se continere uidetur, eo quod regula clamet: priuilegia ad hæredes non transmitti, l. quia tale, D. solut. matrim. cap. priuilegium, de reg. iur. in 6. cum similib. Tamen benè consideranti nihil dubii remanebit: priuilegiorum triplicem rationem cõstituere Iurisconsult. uisum esse. Quædam dixerunt personarum, quædam rerum, quædam uerò mixta, Pet. Vanderan. in trac.

de priuileg. credit. cap. 2. inscripto. De diuisione, seu partitione priuilegii. Rerum priuilegia (ut ab ipsis uerso ordine incipiamus) dicuntur in iure, quæ rebus ipsis conceduntur, l. forma. §. permittitur, D. de aqua quot. l. priuilegia, D. de regul. iur. Rip. in rubr. de priuileg. credit. Gemin. & alii, in cap. per exemptionem, de priuileg. in 6. Dec. in l. in omnibus causis, ubi Mayner. D. de regul. iur. (qui Dec. num. 3. dicit in dubio priuilegium esse iudicandum non reale, sed personale) Alberic. & Ias. in l. ult. D. de constit. princip. & huiusmodi priuilegia, hoc est priuatarum ac singularum rerum leges: Bud. ad l. 2. D. de orig. iur. idem in l. legis uirtus, D. de legib. res ipsas comitantur, ac perpetua sunt, si causa priuilegii patitur, d. l. in omnibus causis. Illud enim certum est cessante causa priuilegii, cessare priuilegium, l. Titia. §. usuras, D. de legat. 2. eleganter Andr. Tiraquell. cessante causa, litera P.

Secunda priuilegiorum ratio, quæ personas respicit, in hoc uersatur: ut talia priuilegia personarum intuitu concedantur, & eorum causa est persona iurib. supra citat. accedit, l. 1. D. de iur. immunit. Planè quæ ueteres priua nuncupabant, unde sunt dicta

priuilegia, cap. priuilegia, 3. distin. ex Isidor. nos singula appellamus: unde & ius singulare dictum est, l. ius singulare, D. de legib. Bud. ubi supra. Horum exempla eorumq; proprium, ut ad hæredes non transeant extant in d. l. quia tale. & D. de priuileg. credit. & C. qui potior. l. in condemnatione, D. de regul. iur. l. Iubemus. §. ult C. ad Trebell. & in his procedit regula, quæ scrupulum faciebat.

Ex his duabus priuilegiorum formis ac rationibus, tertia quædam consurgit, quæ mixtam naturam sortiri dicitur: dum priuilegia dicuntur mixta, tàm concessa respectu rei, quàm personæ. In his priuilegiis, res & persona sunt causa concedendi, persona mediatè: res uerò immediatè: & huiusmodi transeunt ad hæredes. Huiusmodi est priuilegium restitutionis, quod minoribus conceditur, non immediatè intuitu personarum eorum: si hoc enim esset, etiam non læsi restituerentur: sed immediatè propter læsionem, & sic rem: quapropter nihil mirum est, si hæc priuilegia transeant ad hæredes. ponit alia exempla Dec. mixtorum in d. l. in omnibus, num. 3. & 4. Sanè priuilegia quibus modis amittantur, elegantiss. Felin. in cap. cum accessissent, extra de constitut.

In

In alio cõmunitatem habent restitutiones: ut per procuratorẽ generalem postulari nequeant: nisi ad hoc in specie traditum sibi mandatum is probet, l. 1. C. etiam per procur. ubi Salyc. Couar. lib. 1. uar. resolut. cap. 6. Probabitur autem mandatum: uel per literas, uel per testes: quamuis de hoc sit dubium, & ponit glos. in l. maritus, de procur. glos. & Panor. in cap. 1. eod. extra Azo. in summa de mandat. princip. Bart. in l. non solum. §. qui alieno, nu. 4. & ibi Bald. & Ang. D. de procur. declarat, ac restringit Marsil. in rub. de probation. mihi num. 38. cum seqq. Quæ omnia procedunt, non solùm in mandato probando, sed etiam in reuocatione eiusdem, per doctrinam Ioan. Andr. in cap. pro causa. eod. tit.

His omnibus quæ restitutionibus communia connumerauimus illud accedit, quod de eis scriptum est: ut si postulentur, iudicis iurisdictio suspendatur, C. in integ. restitut. postul. refert pulchrè Robert. Maranta in suo speculo part. 6. in exequutoriis iudiciorũ, cap. de appellat. nu. 56. ubi inter illos actus suspendere solentes iudicis iurisdictionem, connumerat etiam in integrum restitutionem, & quomodò fiat eleganter tractat more suo. Atq; hæc tria uerba sufficient

ficient de in integrum restitutione. Reliqua ex Doctoribus uidenda, maximè Durando in speculo, & aliis tractatum facientibus. quoniam in animo erat pauca dicere, & ita accipies.

F I N I S.

Cum licentia Episcopi, & sanctæ Inquisit.

PETRI MOLLII
HISPANI MAIORICENSIS IVRIS VTRIVSQVE CONSVLTI.

Breuis, ac moralis admonitio Iudicis, & Prælati Ecclesiæ.



BONONIAE
In ædibus Ioannis Rossij. MDLXXIIII.
Curiæ Episc. & S. Inquisit. concessu.

ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO DOMINO D. GABRIELI PALEOTO, SACRAE ROMANAE ECCLESIAE, TIT. S. MARTINI IN MONTIB.

Presbytero Cardinali, & Bononiensi Episcopo Religiosissimo Principi, ac D. Venerandissimo &c.

Petrus Mollius Hispanus Maioricen. Iuris Vtriusq; Doctor.

S. P. D.



I quis ex alto quodam speculo uniuersas hominum actiones, ac rerum naturas nouas formas quotidie depromptas, (Illustrissime, ac Reuerendissime Princeps,) contemplari posset, temporumq; mutationem: demiraretur profectò humanarũ rerum varietatem, hominumq; naturam adeo diuersimodè

constitutam esse, ita vt vnus ab alio omninò discrepet, quod vnus amat, alter odio prosequatur. Quis non demiraretur tantam brutorum diuersitatem, syderum ordinem, terrarum discursum, arborum germinationem, hominum industriam & affectionẽ alienam? Tanta est mortalium natura, seu affectionis discordia, status disparitas, ac voluntatis diuersitas, vt quo vnus maximè delectetur, alter tædio afficiatur, quod vnus laudet, alter inhonestum iudicet, Heraclitus plorat, Democritus ridet. Vnus est in mundo positus tanquam Sol, qui diei præesset, alter tanquam Luna, qui noctem illustraret. Vnum in potentatu, ac diuitijs constitutum videmus, alterum in inopia & paupertate. Vnum superiorum Deus esse voluit, cui alij obedirent, alterũ subditum, cui illum mandare concessit; quibus omnibus eius potentia latissime demonstratur. Quid de actio-

actionibus & operibus diceret tàm variis? plures dant operam vitijs splendidè quotidie epulando, alij venando, canes, ac equos alendo, vitam & tempus conterunt, quidam & plerique ludendo, ac luxuriosè viuendo miseram vitam transigunt, alij deniq; in rebus, ac exercitijs honestissimis Deo placentes versantur, ac talentum à Deo Opt. Max. commissum ita diligenter exercent, vt uerè Christi imitatores nominari possint. In istorum numero Illustrissime Princeps tu recenseris omninò, qui post longum scientiarum studium, opera edita, ac reliqua generosissimè gesta in tuo munere obeundo, ac filijs commissis gubernandis ita sanctè, ac diligenter te geris, vt te totus mundus amet, diuites iniqui, ac potentes timeant, Christi pauperes venerentur, omnes de vita longissima Deum rogent, quia necessarius es huic populo suo. Non ergò quis mirabitur, si te glo-

rietur,

rietur Italia, laudet Germania, desideret Hispania, ac Roma Pontificem habere velit. Taceo cōsilium tuum graue; prudentiam magnam, potentiam summam, Christi religionem eximiam, humanitatem tuam amplissimā, qua omnes quoscunq; tractare soles, in Christi pauperes pietatem egregiam, vt te Principem decet, (nam leo rugiens, & vrsus esuriens Princeps impius super populum pauperem dicitur, in prouerb. 28. & paulò antea gubernantibus impijs ruina hominū) si enim omnia referre vellem, vel non possem, vel si possem vix mihi fides adhiberetur. Quamobrem Illustrissime, ac Reuerendissime Princeps cum ego sæpissimè in Hispaniam (in qua nomē tuum meritò celebratur) famam mirabilem, quæ iam Italiam totam, & Galliam pertransierat, iam multo aduenisse ante intellexissem: ad eam accessi de tanto viro interrogaturus, responso accepto me totū

scien-

ſcientiæ dedicaui, ac virtutibus, vt ve-
ſtigia tua aliquantulum imitari fas eſ-
ſet. Completo iam tempore, ac curſu or-
dinario ſtudiorum meorum, ad hanc Pa
triam tuam Bononiam nobiliſſimam, ac
virtutum matrem acceſsi, vbi opuſcu-
lum hoc incomptum & impolitum nomi-
ni tuo digniſſimo conſecraui, quò omnis
macula facile abſtergeretur, & à denti-
bus caninis defendi omninò poſſet. Acci
pe igitur Illuſtriſsime, ac ſapientiſsime
Princeps iuuentutis meæ, ac ſtudiorum
primos hos fructus immaturos fortè eo
animo, quo tibi offeruntur, atq; meis cœ-
ptis aſpira ac faue, quod ſi feceris, vt
de uiro Illuſtriſsimo ſpero, & humani-
tatem tuam magis demonſtrabis, & ma
ximum mihi animum tribues in futu-
rum fauente Deo, vt grauiora offerre
poſsim. Deus Optimus Maximus, à
quo bona cũcta procedunt, ſtatum tuum
conſeruet, & augeat ad ſuum ſanctum
ſerui-

seruitium, Illustrissime, ac Reuerendissime princeps, decus tuæ Bononiensis patriæ, ac totius Italiæ ornamentum.

INDEX RERVM OMNIVM, ET SENTENTIARVM,

Quæ in hoc libello tractantur, scilicet de Iudice, Prælato Ecclesiæ, & Aduocato,

Petri Mollij Iurisconsulti Hispani, Maioricensis.

A





Aduo-

Doctor

 2 Episcopus

FINIS.

DEI INVOCATIO.

Intende in adiutorium meum Domine Deus salutis meæ.

ORDO.



N hoc libello agitur de tribus præcipuè ordine succeßiuo, Iudice, Prælato ecclesiarum, & Aduocato. In tractatu de Iudice constituuntur tres partes. in prima agitur, qualis debeat Iudex esse. in secunda de ætate eiusdem. in tertia qualis sit hodie Iudex. Rursus in tractatu de Prælato ecclesi. ponuntur tres considerationes. prima speculatur uitam propriam Prælati. secũda residentiam. tertia ouium & subditorum curam ac solicitudinem. vltimò agitur de Aduocato, quod paucis verbis fit vno cõtextu.

ADMONITIO IVDICIS, ET PRAELATI ECCLESIAE.

PETRI MOLLII Hispani Maioricensis Iur. vtriusq. Consulti.

PARTICVLA PRIMA.

Qualis debeat esse Iudex.

SVMMARIA.

1 IVDEX *debet ante omnia mandata Dei obseruare.*

2 *Iob, Hieremias, Beatus Paulus, & Sancti Patres clamabant, significando calamitatem vitæ nostræ.*

3 *Iudex definitur à Cantiuncula in suo speculo.*

4 *Discere quis debet antequam doceat.*

5 *Baldus in l. quoniam venerabilis, de episc. & cler. dixit, quod in memoria æterna erit iustus, & ab auditione mala non timebit. & ita summat legem.*

6 *Iudicis officium, non tantùm in danda, sed etiam in obseruanda disciplina consistere debet.*

7 *Referuntur tria carmina Archid.*

8 *Iudex debet cauere ad omni inhonestate, & immunditie tanquam peste.*

9 *Iudex diligat honestatem, & sobrietatem, & ibi ponitur locus Ciceronis.*

10 *Iudex inhonestus, & immundus, bruto potiùs comparandus est.*

11 *Non meretur quis nomen viri, nisi ea fecerit quæ viri sunt.*

12 *Diuus Chrysostomus clamat aduersus inhonestos, ac improbos.*

13 *Iudex iniquus dicitur canis impudicus, ob regiminis defectum, coruus, ob nigredinem peccatorum.*

14 *Iudex dum epulas quærit, ac diuitias, se submergit in ignem æternum.*

15 *Iudex abstineat ab immoderato pecuniæ amore, & auaritia.*

16 *Auaritia quas habeat filias.*

17 *Auaritia est omnium criminum materia.*

18 *Auaritia tollit fidem, concordiam dissipat, charitatem uiolat, &c.*

19 *Vir misericors benefacit animæ suæ, auarus autem proximo, vel propinquo non miseretur.*

20 *Iudex auaritiam multis ictibus feriet, vt vnumquenq; sapientem decet.*

21 *Qui se abstinet ab auaritia, ab idolorum seruitute dicitur se abstinere, ex sacro Concilio.*

22 *Eleemosyna posita est in peccatorum ruinam, & dicitur ordinarium medicamentum ictibus paratum.*

23 *Pauperes Christi sunt occasio quædam & ansa, qua media possimus vitam consequi sempiternam.*

24 *Amor pecuniæ, & diuitiarum est res ignominiosa.*

25 *Eleemosyna præstat bonorum abundantiam, tantùm abest vt minuat.*

Eleemosina

26 *Eleemosyna facit debitorem Deum.*
27 *Eleemosyna præstetur secundùm facultates.*
28 *Iudex moueri debet aliquantulum ob paupertatem.*
29 *Pauper non debet ita mulctari, sicut diues.*
30 *Pauper mitius est puniendus, quàm diues.*
31 *Iudicis officium debet esse in obseruatione priuilegiorum pauperum.*
32 *Paupertatis commoda, & incommoda remissiuè.*
33 *Nonaginta priuilegia infirmorũ ponit Ludouic. Gomes Hispan.*
34 *Paupertas non est res uilis, neque contemnẽda, quoniam deus eam fundauit, qui natus pauper, postquam uixerat pauper, mortuus fuit pauper.*
35 *Iudex non debet permittere opprimi pauperes, quos diuites ac potentes præsumuntur opprimere, & aduocati eisdem deferre.*
36 *Sæpenumero pro paupere aduocatus non reperitur.*
37 *Iudex debet cogere aduocatũ, ad suscipiendum pauperis patrocinium.*
38 *Ecclesia per denunciationem, Euangelic. potest cogere non dantem ad faciendam eleemosinam pauperi.*
39 *Discretio quid sit.*
40 *Pauper quis dicatur, relinquitur arbitrio iudicis consideratis circunstantijs.*
41 *Marsilius refert .50. casus, qui arbitrio iudicis relinquuntur.*
42 *Qua ratione debeat arbitrari iudex.*
43 *Lex bene præsumit de iudice.*
44 *In nobili Regno Maioricarum sunt aliqui destinati ad patrocinandum pauperibus.*
45 *Iudex ut faueat pauperibus, non debet suum auferre à diuitibus, quoniam hæc charitas Deo non placet.*
46 *Fauor pauperum debet esse sine præiudicio tertij.*


VDITE Iudices terræ, & intelligite, discite Iudices finium terræ, præbete aures uos qui continetis iniquitates, & placetis uobis, quoniam cũ essetis ministri regni illius non rectè iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, neque secundùm uoluntatem Dei ambulastis: horrendè & citò apparebit uobis; quoniam iudicium durissimum in his qui præsunt, fiet: exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur, dicitur sap. 6. & alibi: Audi Israel mandata mea, & ea obserua in corde tuo, & si feceris, dabo tibi lac & mel terram fluentem dixit Deus in ueteri testamento, dum temporalia promittebat, cui promissioni successit hodie æternorum promissio, centuplum accipies &c. c. cum
1 *Marthæ, de celeb. missar. † Hoc igitur primum est quod Iudex speculari debet, ut uerba & mandata Dei audiat, ac custodiat, aliàs si conscientiam læserit, ædificat in gehennam ignis, Spec. de aduoc. §. utriusq́ue, uers. item caueat, c. per tuas, de simon. c. per literas, de restit. spol. Quid enim aliud est uita nostra, quàm umbra quædam, & folium quod à uento rapitur, ac uallis quædam laborum? Quid homini proderit, si totum mundum lucretur, animæ uerò suæ detrimentũ patiatur?*

patiatur? c. Matthæus, de simon. Specu. de deposit.
2 *.§.quinto. uer. obligatus. † Quæ omnia considerans beatus ille Iob alioquin patientissimus dicebat cap.10. Quare de uulua eduxisti me; & paulopost: fuissem quasi non essem, de utero translatus ad tumulum, demonstrando calamitatem ac miseriam uitæ nostræ humanæ, & c. 3. deflendo ac lamentando hæc uerba proferebat. Pereat dies in qua natus sum, dies in qua peperit me mater mea, non sit benedicta. Hinc clamabat Apostol. columna Ecclesiæ. ad Philipp.c.1. Cupio dissolui, & esse cum Christo: & ad Roman. cap.7. Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Tot enim sunt morbi, tot curæ toties inuocata mors, ut nullum frequentius uotum. Igitur ante omnia Iudex debet mādata diuina obseruare (qui definitur à Cantiuncula in suo Spec.) om-*
3 *nibus postpositis, † quoniam uita nostra calamitosa, & breuis est, tum quia irreprehensibilem esse conuenit, quem præesse necesse est corrigendis, longaq; debet uitam probatione monstrare, cui gubernacula Reipub. committuntur, & discere quis debet antequam doceat*
4 *can. in sacerdotibus cap. non negamus, cap. miserum. 61. dist. de quo iusto uiro ac bono dixit Bal. in l. quoniam uenerabilis, de episco. & cleri. qui ita summat illum*

5 *lum tex. quod † in memoria æterna erit, & ab auditione mala non timebit. nam aliàs si iudex qui scientia ac doctrina præditus est, animam suam non curauerit, cogetur omnino dicere. surgunt indocti, & rapiunt regnum cælorum, nos cum scientiis nostris mergimur in profundum: ut inquit clamando D. August. stupendo feruore commotus de uita Antonii magni, relatus à Felin. in cap. inter cætera, in fin. extra de offi òrdi. Enimuero eiusdem iudicis officium*
6 *(cuius definitio nota est) † non tantùm in danda, sed etiam in obseruanda disciplina consistere debet, ne aliàs aduersus eum dicatur illud Apostoli ad Rom. 2. Qui alium doces, te ipsum non doces, qui prædicas non furãdum, furaris, qui dicis non mæchandum, mæcharis, qui abhominaris idola, sacrilegium facis, qui lege gloriaris, per præuaricationem legis Deum inhonoras cap. 1. 32. q. 6. simile in cap. una. 26. dist. c. ecclesiæ principes. 35. dist. & quod not. in c. dudum, de elect. in. 2. §. oportet, c. multi. 40. dist. ubi Archid. hos uersus scribit.*

Infœlix qui recta docet, & viuit iniquè;
d. c. multi.

Infœlix qui pauca sapit, spernitq; doceri.
c. ult. 38. distin.

Infœ-

Infœlix cuius nulli sapientia prodest.
c. reuertimini.16.q.1.
8 *Sanè mandata Dei Iudex obseruabit, si † ab omni
immunditie, & inhonestate caueat, tanquã peste: mu
lieres enim, & uinum Salom. teste in Prouerb. apo-
statare faciunt sapientes, & aliàs dicitur, uenter ple-
nus facile de ieiuniis disputat, c. gloria. 12.q.2. sobrie-
9 tatem ergo diliget, † quæ teste Cicerone, sensum acue-
re dicitur, mentem decorare, uultum dirigere, pudo-
rem integrare, uitia mitigare, faciem uigorare, &c.
& ut breuiter diuus Hieronym. dicit: Omnibus om-
nino uirtutibus abstinentia opitulatur. Ebrietas
enim mentis inducit exilium, & libidinis prouocat
incendium, c. à crapula, de uita & honest. cleric.
adeò ut pro peremptis in ebrietaribus uix sit oran-
dum, & dixit Apostol. ebriosi regnum Dei non pos
sidebunt, ut habetur in c.1. de reliq. & uenerat. sanct.
10 aliàs bruto potius cõparandus erit. † Dicitur namq;
Iudex uir bonus, l. continuus. §. cùm ita. D. uerb.
oblig. si igitur nequam fuerit, & inhonestus, iam uiri
nomen amittet, qui dicitur à uirtute, non enim mere-
11 tur uir dici, † nisi ea fecerit quæ uiri sunt. §. prohibe-
mus, in nouel. de trient. maximè cum Christus dicat,
Si quis igitur ea fecerit, quæ sunt brutorum anima-*

lium, poteſt dici brutum animal, & non homo, c. mi-
12 *ror. 17.q.1. l.1.§.beſtias, de poſtuland. † Quamob-*
rem clamabat ſanctus Chriſoſtom. cum recalcitres ut Aſinus, ferias ut Equus, luxurieris ut Mulus, carnẽ tuã impingues ut Vitulus, rapias ut Lupus, inuiſce-ris ut Sus, in ira frendeas ut Leo, pungas ut Scorpio, uenenũ infundas ut Aſpis, proximũ lædas ut Vipera: qualiter te hominem iudicabo, cum nullam in te repe-riam charitatem? Accedit & his Iudicem iniquum
13 *† canem impudicum appellari ob regiminis defectum, c. qui nec, 2.q.7. coruum ob peccatorum nigredinem,*
14 *c. non omnis, 2.q.7. & † dum epulas quærit, & diui-tias, ſe ſubmergit in ignem æternũ, c. eccleſiæ. 35. diſt.*

Eſt & aliud quod his eſt cõſequens à Iudice maxi-mè obſeruandum, ut diuinis præceptis obedire dica-tur, ab immoderato ſcilicet pecuniæ amore abſtineat,
15 *† & auaritia, quæ dicitur ab (aueo) quod eſt cupio & (aurum) quaſi auiditas & cupido auri. Et habet*
16 *filias, proditionem, fraudem, falláciam, periurium, inquietudinem, uiolentiam, & contra miſericordiam obdurationem, ſecundùm Grego. 31. moral. Hæc uo catur cœca. c. nimis iniqua, de exceſsibus prælat. c. auaritiæ, de elect. in 6. omnium malorum mater ac nutrix, ut in nouel. ut iudic. ſine quoquo. Omnium*

17 *criminum matéria, c. his igitur. 23. distin. Hinc † fit principium litis, & alia plura uitia condescendunt, c. diaconi sunt, in fin. 93. distin. Eadem in terrenis rebus ad sustinendum fortes, in cœlestibus debiles facit,*
18 *c. omnes, 47. dist. fidem tollit, † concordiam dissipat, charitatem uiolat, ac innumerabilium uitiorum causa est, quæ uisceribus pietatis caret, Apostol. teste, patrem nescit, matrem ignorat, fidem & amicitiam non custodit, propinquo uel proximo non miseretur, sed propinquos uelut extraneos abiicit, dicente Salom.*
19 *benefacit † animæ suæ uir misericors, auarus autem etiam propinquos abiicit.*

20 *Eam igitur bonus ac, † perfectus Iudex multis ictibus feriet, ut unumquemq; sapientem decet, ac par est, ut mirabiliter ponitur in l. si quis in suo, C. de*
21 *inof. test. maximè † cum idolorum seruitus hoc pacto fugiatur, c. cum omnis auaritia 1. q. 1. c. quanta cura, de obseruand & euitand. in celeb. miss. sess. 22. in sac. Concil. Triden. Nec arma Iudici deficient, ac tela fortissima, quibus auaritiæ resistere poterit, adest enim eleemosyna, quæ in ruinam peccatorum dici-*
22 *tur esse posita, † & medicamentum ordinarium uulneribus & ictibus paratum ob diuinam misericordiam ac pietatem dicentem, quod uni ex minimis meis feci-*

stis

stis, mihi fecistis, & singulis diebus nobis ansam præ-
23 *bentem ad benefaciendum. Quid † enim pauperes Christi sunt, quam occasio quædam & ansa, ac uia, qua media poßimus uitam consequi sempiternam?*

Non igitur scutum istud eleemosynæ à iudice bono est omittendum, si eo medio uictoriam contra inimicum eum consequi necesse est: pecuniæ quippe & diui-
24 *tiarum temporalium amor † & affectio ignominiosa res est, c. gloria.12.q.2. Earum amatores, fortes dicuntur in terrenis, debiles uerò in cælestibus, d. c. omnes, auarusq; diues gratius intuetur aurum, quàm solem; c. sicut hi. 47. distin. maximè cum eleemosyna summum medicamentum sit peccatorum, c. medicamentum, de pœnit. dist. 1. prouerb. 15. per misericordiam purgantur peccata, & redimitur iniquitas, &*
25 *bonorum † temporalium abundantiam ea præstat, tantùm abest quin minuat, prouerb. 30. Honora Deum de tua iustitia, & de primitiis frugum tuarũ da pauperibus, & implebuntur horrea tua saturi-*
26 *tate. Et quod magis est, † eleemosyna facit Deum debitorem, prouerb. 19. Fæneratur Domino, qui fæneratur pauperi.*

27 *Enimuerò hanc eleemosynam † secundùm facultates præstabit Eccles. 14. secundùm uires tuas expor-*

rigens da pauperibus. Thob. 4. Quomodo poteris, ita misericors esto: si multum tibi fuerit, abundanter tribue, si exiguum, etiam hoc libenter impartire dummodò bono animo. Vnde prælata fuit uidua à Christo, quæ duo tantùm minuta obtulit, qui non quod, sed quo animo offeratur, respicit cap. odi, 24. q. 1.

28 *His † consequens est debere iudicẽ aliquantulum moueri ob paupertatem, l. qui filium. §. Sabinus. D. ad S. C. Treb. iubent Impp. in l. ult. C. de mod. multar.*
29 *l. illicitas. §. ult. de offic. præsid. non † enim sic multandus est pauper quemadmodum diues multaretur, non à paupere ita pecunia exigenda est, quemadmodum à diuite, sed gratis Iudex omnia facere debet, ut elegantiss. Bald. dixit, (utinam ipse seruauerit) in l. si furiosi, C. de nup. mitius agi debet cum paupere, quàm cum diuite, ut rectè in aureo Specul. Robertus Maran. nobis proposuit de ordin. Iudic. in 9. distin. nu. 77. & sequen. & copiosus ille And. Ti-*
30 *raquell. de pœn. caus. 32. & mitius † quis puniendus quando ob paupertatem, & necessitatem delinquit, ut idem docet caus. 53. ubi posuit elegantia de paupertate & necessitate spectantia ad c. si quis propter, de furt. idem dicendum de eorum priuilegiis, ut à*

Iudice

Iudice obseruari mandentur, quorum sex refert Felin in c. significantibus, de offic. delegat. ubi Panor. ponit quatuor species miserabilium personarum, quorũ
32 *permulta † retulerat Luc. de Penna Doctor moralis in l. ult. C. de his qui num. lib. incommoda paupertatis etiam notans, quæ quidem paupertas non est uilis, l. humilem, de incest. nup. C. sanè, maiorem rationem Iudex habebit cum pauperes erunt & infirmi, qui de*
33 *per se † habent multa priuilegia, quorum nonaginta refert Ludouicus Gomes Hispan. in regul. cancell. Regul. de infirm. resignant, q. 9.*

34 *Nec hoc mirum uideri debet, † cum ut supra dixi paupertas ut uilis non est contemnenda, quoniam fundauit eam altißimus & dedicauit, c. gloria. 12. q. 2. natus fuit Christus pauper, educatus pauper, ac tandem uoluit mori pauper, de cuius paupertate eleganter loquitur Aluar. Pelaius. de planctu Ecclesiæ, lib. 2. cap. 6. ubi eam dicit quintuplicem. licet in eo reconditi essent omnes thesauri & diuitiæ, & uoluit paupertatem esse, ut eam sustinentes per patientiam coronaremur, c. sicut. 47. distin.*

35 *Faueat ergo Iudex pauperibus, & † eos non sinat ab aliis opprimi, quia sæpe à diuitibus opprimuntur, l. illicitas §. ne potentiores, D. de offic. præsid.*

& offi-

& officialibus, contra quos præsumitur, scilicet quod plura mala committant ac sciant quàm alii, glos. in l. defensionis facultas, C. de iur. fisc. lib. XI. maximè cum citò fiunt diuites, ut refert Neuisan. in sua sylua. tum quia diuites, ac potētes præsumuntur pauperibus facilius metum inferre, l. ad inuidiam, C. quod met. caus. eosq́ importunis necessitatibus opprimere ut. C. ne liceat potentior. c. regum. 23. q. 5. in eadem causa sunt aduocati; qui præsumuntur eis deferre non suscipiendo pro eis aduocationē, sed contra eos. l. 1. §. nō solùm, de postuland. & quod magis est sæpenumerò
36 pro † paupere contra diuitem ac potentem aduocatus non reperitur, ut egomet in satis ardua causa uidi.

37 Vtatur tunc armis Iudex eos cogendo † aduocationem, seu patrocinium suscipere, l. 1. §. ait prætor, D. de postuland. Panorm. in c. 1. de offi. iudi. & quidem gratis, Speculat. tit. de salar. §. fin. uers ex præmissis, glos. in c. statutum. §. insuper, de rescrip. in. 6. Quo iure utendū esse Felin. dixit in c. 1. de offic. iudic. si in ruina illius causæ uerteretur extrema necessitas pauperis, putà quia fame moreretur, eo enim casu huius patrocinii denegatio causa esset mortis illius, quæ aduocato imputaretur, c. pasce, 86. distin. aliàs secus, cùm nemo cogatur ab benefaciendum. 23. q. 5. ad fin.

& opor-

& oporteret aduocatum omnibus relictis, pauperum tantummodò negotia tractare ex diuo Thom. 22.q.71. artic.1. sed mihi pareat Felin. in hoc casu, cum eis quos citat, quoniam si ita esset, strictissimè esset statutum, quod fauore pauperum est introductum, contra multas iuris regulas, & nullo ferè casu patrocinium inueniret, rarissimum enim est, ut pauper si causam perderet, moreretur, maximè cũ uiuamus inter Christianos, & ex eodem Felino in d.c. habeat pauper remedium quantumuis non directo iudicio, tamen media denun-
38 *ciatione euangelica, † qua Ecclesia coget non dantem ad dandum pauperi per ea quæ ipse citat. His ita existentibus, non esset dare casum, quo pauper perdita causa fame moreretur, cum optimis remediis sibi succursum sit, maximè cum non desint Episcopi, & bona ecclesiarum, ut supra latè dixi, unde pauperes sunt alendi; uel si casus daretur, esset rarissimus, & quasi nunquam eueniens, & sic dispositio nunquam uerificaretur, quam omnes admittunt, pauperem scilicet gratis admittendum. Nec moueor quòd aduocati deberent esse intenti semper in causis pauperum, non enim Iudex discretus (quòd nomen ipsi conuenit,*
39 *cum dicatur discretio, † scientia, discussio, diuisio, omnium rerum consideratio, ac uirtutum mater, c.1. de offic.*

offic. cuſtod.) ſemper in omnibus caſibus eum cogere debet pro omnibus pauperibus gratis patrocinari, ſed pro eis tãtummodò; in quibus uerſabitur maior neceſſitas, quæ eius arbitrio relinquentur, cum & quis di-
40 *catur pauper, eius iudicio † relictum ſit, perſonarum qualitate conſiderata, ac aliis circunſtantiis, ut commune dicit Bellon. conſil. 11. ex Decio conſ. 120. lib. 1. nu. 3. ubi ponit multos modos probandi paupertatem, argumento l. 1. D. de iur. delib. l. uoluntatis, C. de fideicom. & refert pluſquam. 50. caſus, qui relinquuntur arbitrio iudicis, Hippol. Marſ. in l. quæ-*
41 *ſtionis † modum, D. de quæſtion. latißimè Montaluus in tract. de caſib. qui relinq. arb. Iudic. poſt eos Viuius lib. 2. com. opinion. in 26. opinion. An autẽ ab arbitrio iudicis appelletur (dicitur enim iniquum octo modis, ut docet Afflic. deciſ. 371. nu. 10.) tradũt DD. in cap. ſuper his de cauſ. poß. & propriet. gloſ. in cap. ſuper his, de accuſation. quam latè examinat Felin. in cap. exceptionem, extra de appellat. Alex. in l. 1. in fin. de leg. 2. nam intelligitur ſemper in diſpoſitione iudicis arbitrio relicta. ut debeat regulare ſuũ*
42 *† arbitrium ſecundùm legem, hoc eſt ita arbitretur quemadmodum lex fuiſſet factura, ſi de eo caſu expreſſam mentionem feciſſet. l. 1. de uſur. quòd benè lex de*

43 *de Iudice præsumat, † & apud eandẽ benè habeatur, l.1. D. de offic. præfec. prætor. l.2. ibi (quod non arbitramur) C. de offi. ciuili. Iudic. quemadmodum præsumit decretum, uel sententiam à Iudice prolatam, rectè prolatam fuisse, l. ab ea parte, D. de probation. latissimè Anto. Gabriel. lib. 2. conclus. tit. de sentent. conclus. 4. & 5.*

Enimuerò ut ad pauperes redeam, quæstio suprapòsita circa patrocinium pauperi gratis præstandum, cessat in terris rectè gubernatis, inter quas est Regnũ
44 *Maioricarum patria mea, † in qua sunt destinati quidam domini Doctores, ut pauperibus patrocinentur, eisq; datur salarium de publico. Idem fit Bononiæ, ut constituit Illustrissimus Cardin. Paleotus Episcopus Bononiensis. Vtinam omnes prælati ita ecclesias, ac oues commissas gubernarent, quemadmodum & ipse, qui populo subdito, & non subdito exemplum sanctitatis præbet, unde sequitur ut clerici rectè uiuant, & imitentur suum sanctum pastorem, qui & uirga aliquando utitur eos castigando ac eorundem curam habendo.*

45 *Sanè id Iudex attendere debet, † ne ob nimium fauorem pauperum, ius suum diuiti auferat, pauperibusq; adiudicet, nec enim charitas hæc, & iusti-*

tia (si ita dici potest) Deo placet, dicēte diuo August. lib. 5. Homiliarum, Homil. 7. Fortè aliquis cogitat, & dicit, multi sunt christiani diuites, auari, cupidi, non habebo peccatum, si suum illis abstulero, unde illi nihil boni agunt, mercedem habere potero. Sed cogitationes istæ, Diaboli calliditate suggerūtur, si enim totum pauperibus tribuerit, quòd à diuitibus abstulerat, addit potius peccatum, quam minuat reassumptum in c. fortè. 14. q. 5. & in c. quid dicam. 14. q. 4. pulchrè Pet. Rebuff. in constit. Parisien. tract. de senten. prouis. glos. ultima, artic. 3. ubi multa elegantia adducit, tradit Afflict. decis. 257. num. 5. Quæ sunt uerba aurea, & admodum necessaria. Quando enim dicimus ex legum dispositione Iudices pauperibus
46 *fauere debere, sic accipere necesse est, ne ex hoc alter incommodum consequatur, l. nec auus; de emancip. lib. l. 2. §. si quis à principe, ff. nequid in loc. publ. Debet enim Iudex habere salem scientiæ, & conscientiæ, aliàs mens eius est diabolica, & insipida; ut inquit Barbat. in cap. quoniam. §. in aliis, extra ut lit. non contestat.*

His consequēs est à Iudici non esse faciendam differentiam, quòad iustitiam administrandam inter pauperes & diuites, & inter dilectos, uel odio habitos, inter

47 *ter cõsanguineos, & extraneos, sed omnia æqua lance trutinanda esse eleganter Neuis. in sylua sua, nam aliàs si odium, amor, pecunia, uel consanguinitas iudicium peruerterint; uæ iudici; c. quatuor. 11. q. 3. c*
48 *quicunq;. Id Iudici maximæ curæ erit, † ut omnia consideret plena cognitione, c. iudicantem, 30. q. 5. l. Iudices, C. de Iudic. l. 2. C. de senten. ex breui. recitand. l. generaliter. §. quis ergo, de fideiussor. quoniam præcipitantia reprobatur tanquàm nouerca iustitiæ, ut Baldus dixit, nec enim res potest esse festinata, & examinata, quemadmodum nihil potest habere laudem diligentiæ simul, & gratiam celeritatis, & dicitur in prouerb. mora omnis odio est, sed facit sapientiam, de quo latißimè Felin. in c. ecclesia, de constit. per totum, num. 35. ubi mirabiliter. Sed hodie non multum laborant Iudices hoc morbo, quinimò causæ fiunt immortales ob Iudices negligẽtes, tantùm abest quin festinent, cuius morbi inter alia remedia tradita ab imperatore hoc connumeratur, ut ad superiorem querela proponi poßit in l. ult. §. illud, qui est textus mirabilis, C. de temporib. appellat. quæ spectat quod dixit Maranta in suo speculo, c. de appel. num. 107.*

Hæc omnia Iudex obseruabit iudicãdo, secundùm

leges, ac terrarũ cõsuetudines, Auth. iubemus. C. de iudic. c. 1. de const. l. nemo. C. de sent. & interloq. c. 1. de sent. & re iudic. ex. & in 6. His deficiẽtibus secũdùm communem opinionem Bart. in l. 2. C. de pœna iudic. qui mal. iudic. l. origo, de offic. quæstor. ubi Alphan. remißiuè, latißimè Ioan. Neuis. in sua sylua, tit. Iudic. pro com. & post eum aliqui moderni. Si dubitauerit quæ sit communis opinio, accedat ad Doctores maximæ authoritatis, l. 1. §. sed neq;. C. de uet. iur. enuclean.

49 *Si ignoret, † an debeat iudicare, secundùm suam conscientiam, an secundùm allegata, & probata, legat communes in l. illicitas. §. ueritas, D. de offic. præsid. Felin. in c. pastoralis. §. quia uerò, de offic. delegat. Dominic. de Soto, de iust. & iur. lib. 5. q 4. artic. 2. Didac. Couar. Hispan. lib. 1. Var. resolut. cap. 1. At uerò si dubitauerit de iurium obseruatione, an &*

50 *quando canonicum, † an & quando ciuile obseruare debeat, recurrat ad Doctores in c. 1. & 2. de oper. nou. nunciat. ad Bar. in l. omni, de sacros. eccles. Felin. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constitut. Neuisan. ubi supra, Robert. Marant. de ordin. iudic. in 3 parte. In dubiis quid facere Iudex debeat, cõsulat Felin. in cap. 1. in fin. de constitut. Matthæ. de Afflict. in decis. regni Neapolit. decis. 373. num. 6. Ioan.*

Neuis.

Neuisan. ubi supra satis eleganter.

Nec satis hæc sunt, si in iudice reperiantur, sed &
51 *aliud necesse est, ut diligens † & solicitus sit in omnibus suis actibus, & operationibus ad officium suum regendum, probeq́ gubernandum, cum & aliàs negligentia puniatur. l. ult. C. depos. & in mala fide negligens constituatur, l. Labeo, de statu lib. maxi-*
52 *mè cum talis Iudex ueniat in discrimen, † ut à superiore criminaliter puniatur Bart. in.l. 2. nu. 1. C. de can. largit. nec enim aliter munus rectè gubernabit.*

In quo optimo regimine, ac recta gubernatione,
53 *nec non solicitudine hæc uersantur, ut criminum punitio, inuestigatio, ac castigatio fiat l. congruit, D. de offic. præsid. Quis enim dubitat inflictam delinquentibus pœnã, reliquos in tuto collocare? nouel. de mandat. princip. §. homicidia, impunitatem uerò scelerũ delinquentibus solatia excitare, delinquendiq́ incentiuum tribuere, c. est iniusta. 23. q. 4. c. peruenit 93. dist. ausum generare, ausum uerò excessum, incuriæ sobolem, insolentiæ matrem, impudentiæ radicem, transgressionumq́ nutricem esse? ut diuus Bernard. contemplabatur lib. 3. & 4. de considerat. Nec dis-*
54 *ssimilis est Iudex, † qui nutriendis uitiis parcit, ac condonat, nolenti cultrum rapere puero, ne audiat ploran-*

plorantem, nec timet ne uulneratum doleat, uel interfectum, c. qui uitiis. 23. q. 5.

Attingat ergo Iudex delinquentium crimina, quæ tanquàm uulnera attingenda ſunt, & niſi tacta, ſanari nequeunt, ut ait Titus Liuius, facit c. 1. de exceſſ. prælat. & c. 2. de priuileg. extra. Eo enim ſolo ſpectaculo, multorum audaciam coerceri in promptu eſt, amicos conſolari nemo dubitat, l. capitalium. §. famo-
55 *ſos, D. de pœnis, maximè † cum forma illa miſeri uiuentis conſcios admoneat ad recordationem, ignorantes uerò cogat ad conſiderationem. Quibus excitatus dicebat Horoſius ad Auguſt. & uerè tunc reliqui, ex iuſtitiæ adminiſtratione ab iniuriis defenduntur, cum delinquẽtes pœnas ob eorum crimina luunt. Quæ*
56 *† pœnæ dicuntur contubernium, & conſortium eorundem, c. indigne. 12. q. 2. eiſq; delinquendo quis ſe ſubdit ac condemnat, l. imperator, D. de iur. fiſc. §. quia uerò Leonis, in nouel. de non alienand. Bart. in l. ex hoc iure, num. 5. Caſtrenſ. num. 34. cum ſequen. de iuſt. & iur. Ang. in §. ius autem gentium, num. 7. de iur. nat.*

Ex hac animaduerſione, uel omiſſione, multa cõmoda & incommoda ſequuntur, quis enim dubitat
57 *† uiam exceſſibus aperiri? c. peruenit ad nos, in fin. 93. diſt.*

93. dist. publicam utilitatem maximè lædi? quæ semper clamat, & monet Iudices delicta punire, d. l. congruit, cum simil. l. ita uulneratus, D. ad l. Aquil. per plures quotidie contagia serpere? c. corripiantur 24. q. 3. c. ecce, c. resecandæ, ead. q. & quod est terribilissimum tibi Iudex, & ualde timendum, in te ipsum sententiam retorquendam? c. 1. de senten. & re iudic. in 6. secundùm diuum Gregor. in registro lib. 3. c. 23. & lib. 6. c. 15. At uerò ex animaduersione quanta commoda sequantur supra dixi, maximè cum Seneca dicat relatus à Paul. in l. prouinciarum. C. de feriis,
58 *† nullam meliorem uictimam D. O. M. mactari posse, quàm reum iniquum. Quæ omnia considerans Robert. ille Rex Siciliæ, ut erat sapientissimus, in mandatis suis, ita initium inseri iubebat. Ad bonorum custodiam (oderunt enim peccare boni &c. l. 1. de iust. & iur. & in 1. decret. constit.) malorumq; supplicium portat Princeps gladium, & exercet Imperii potestatem, qui dum iustè sæuit in reprobos, pacificos conseruat in tranquillitate securos.*

Sanè his omnibus de criminum punitione relatis granum salis addendũ est a Iudice discreto ac prudenti (cuius prudentia inter alia consistere debet, ut facilè non credat, quoniam credulitas aliquando reprobatur

l. 1. in

l. 1. in princ. de eo per quem fact. erit. Nec debet esse omnino incredulus, nam uitium est nulli credere, uel omnibus credere. Imitetur ergo Deum, qui clamore excitatus dixit, descendam, & uidebo utrũ clamorẽ &c. c. Deus omnip. 2. q. 1. exquisitè, & ad amussim facta,
59 *& causas examinet, † & cum deliberatione pronunciet, l. 2. de senten. ex breuic. recit. c. iudicantem. 30. q. 5.) secundùm diuum Gregor. ordinem tradentem in regist. lib. 6. c. 159. & Iudicem instruentem, ut castigans, & corrigens, personam diligat, & uitium prosequatur, August. ad Donatũ reassump. in c. mali sunt, 23. q. 5. ne si aliter fortasse agere uoluerit, transeat in crudelitatem correctio, & perdat quos emendare desiderauerit. Sic enim uulnus debet abscindere, ut non possit uiscerare quod sanum est, ne si plusquam exegerit, ferrum impresserit, perimat cui prodesse desiderabat. Quæ omnia moralitate plena prædicere uisus fuit Marcian. I. C. lib. 2. de pub. Iudic. in l. perspiciendum, D. de pæn. cuius uerba sunt. Perspiciendum est iudicanti, nequid aut durius, aut remissius constituat, quàm causa deposcit. Nec enim aut seueritatis, aut clementiæ gloria affectanda est, sed perpenso iudicio, prout quæq; res expostulat, statuendum est. Planè in leuioribus causis proniores ad lenitatem*

nitatem Iudices esse debent: in grauioribus pœnis seueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi, c. sicut dignum, de homicid.

Planè his omnibus de animaduersione criminum illud omnino uicinum esse debet; & à Iudice ante oculos habendum, ut ita amicos uelut inimicos, proximos ut coniunctos, pauperes ac potentes æquales habeat,
60 *ita ut exceptio personarum longè absit ab eius † Iudicio, quemadmodum longè aberit à Iudicio diuino secundùm Pau. Apost. ad Col. c. 3. aliàs Iudex recipiet quod iniquè gessit, c. 1. de sent. & re iud. in 6. ut testatur Apostol. ubi supra, tum poterit puniri aliquibus pœnis, de quibus loquitur Egidius de regim. princip. lib. 3. parte 2. c. 21. & seq. ubi ponit sex pœnas, quibus uenit puniendus Iudex corruptus, quem dixit Neuis. in sua sylua grauius peccare, quàm fœneratorem, referens de illo, qui fuit scoriatus.*

61 *Quãtumuis † in hoc ita placuerit Iurecons. & hoc iure utamur in criminum punitione, dignitatis rationẽ habendam esse ac nobilitatis, ut elegantissimè tradit Thom. Grammat. in decis. Regni Neap. decis. 26. nu. 9. Bart. in l. quid ergo. §. pœna grauior, de his qui not. infam. Andr. Tiraquel. de pœn. reorum aug. uel minuend. causa. 31. quemadmodum etiam minuitur*

pœna ex causis eleganter à Tiraq. adductis & è contrario consideratur imponēda pœna ex qualitate personæ offensæ clem.1. de pœnis. Quæ omnia arbitrio iudicis boni relinquuntur consideratis circunstantiis, c. sicut dignū, de homic. l. aut facta, D. de pœn. cui etiam concessum est iusta causa transgredi leges ex Innoc. in c. 1. de constitu. Felin. ibidem Ias. in l. 1. C. de precib. Imp. offeren. DD. in l. & si seuerior, C. de infam. Bart. & aliis in l. quid ergo. §. pœna grauior, de his qui not. infam. Quæ arbitria ideò relinquuntur iudicibus, quia actus quandoq; nouam, quandoq; ueterē desiderant prouidentiam, secundùm Bald. in c. 1. §. Iudices, de pac. iuram. firmand. ipse igitur arbitrabitur, & moderabitur, uel augebit uariis in pœnis, circunstantiis attentis, puta si quis mansit multum in carcere, si quis deliquerit, & transierit multum temporis à tempore delicti commissi, si quis deliquerit iussu superioris alicuius, si propter paupertatem, si causa defendendi proximum, si propter amicitiam, si per imprudentiam, si per iracundiam & iram, quæ dicitur paruus furor, si per ebrietatem, si erat homo bonæ uitæ ac famæ, ac non solitus delinquere, si erat homo plebeius, uel positus in dignitate, si delictum non probatur, nisi præsumptionibus, si ha

bebat

bebat delinquens multos liberos, si maiores & proximi delinquentis contulerant aliquod magnum beneficium in rempub. si deliquerat per uim, aut per metum, si fuerit reus confessus, aut conuictus, si fuerit delictum attentatum, uel consumatum, si delinquens habuerit aliquod excellens artificium, si fuerit minor, rusticus, mulier, uel senex, & aliis circunstantiis consideratis per Tiraq. ubi supra, quæ causæ sunt minuendi pœnam. Quemadmodum è contrario solent esse multæ causæ, & circunstantiæ à Iudice considerandæ, puta si delinquens solitus erat delinquere, l. capit. §. solent, D. de pœn. si persona offensa erat posita in dignitate, clem. 1. de pœn. & aliæ permultæ, locus etiam, ac tempus, quibus consideratis Iudex pœnam augebit, quæ quidem pœnæ de iure canonico, quasi omnes sunt arbitrariæ, & paucæ sunt expreßæ secundùm Panorm. in c. ex literis, de constitut. quod est satis bonum uerbum.

62 *Est & aliud, † quod in perfecto Iudice requiritur, humanitas nempe ac clementia moderata, & sine superbia; Deus enim superbis resistit. 1. Pet. cap. ult. & Salomon, humilis sermo, & humilis homo triumphant in domo. Speculat. tit. de aduoc. §. hic dicendum, quia nec superbi ab initio placuerunt tibi domine, sed hu-*

milium, & mansuetuorum semper tibi placuit deprecatio, Iudic. 9. pulchrè Rebuff. in tractat. nominat. q. 14. nu. mihi. 79. Hanc humanitatem decet unumquemq; insectari, & quanto quis maiori dignitate excellit, tanto plus par est, l. ult. C. de donat. inter uir. ubi dicit Imp. Iustin. cum nihil tàm peculiare sit imperialis Maiestatis, quam humanitas, per quam sola Dei seruatur imitatio, c. clementiam, 86. distin. elegantiss. Grammat. in decis. Regn. Neap. decis. 23. nu. 17. pulchrè Afflict. in præfat. decis. Regn. Neap. loquendo de Christi humanitate, nu. 1. eleganter Caßan. in catalog. in 1. parte, conclus. 52. eiusdem humanitatis rationem habuit Imp. Iust. in l. humanitatis, C. de impub. exemplum dederunt Impp. Diocletian. & Max. dum humanissimè mulieri respondent in l. precibus tuis, C. de impub. in l. humanitatis, C. de natur. liber.

Hanc humanitatem Iudex sapiens ac doctus (doctrina enim eum debere eßse præditum indubitatum est, c. 1. de consang. & affinit. quod enim dicitur in l. certi iuris, C. de iudic. intelligo cum assessore) demon-
63 *stabit, uerbis, factis, gestu, ac facie. quem † gestum non mollem ostendere debet, per quem lasciuia significatur, non dissolutum, quo negligentia, ab eo maxi-*

mè

mè fugienda, quia quemadmodum unius cuiusq; operis mater putatur diligentia, ac instantia, ita eruditionis nouerca negligentia, c. nihil, 86. dist. Nec ideò cito gestu esse debet, qui inconstantiam arguere dicitur, quod est uitium à Iudice tanquam ignis fugiendum, quinimò debet Iudex dicere quod scripsi, scripsi, clem. 1. de renunciat. Rip. in l. quod iussit, de re iudic. & esse immobilis, ut columna, c. re uera, 3. q. 9. ut integritatem suam custodiat, in nouel. de trient. & semiss. & non frangatur, sed plicetur, c. forus, de uerb. sign. de hac perseuerantia dicebat diuus Bernard. in quadam epistola, quòd esset unica filia regis summi, finis uirtutum, earumq; consumatio, totiusq; boni requisitorium, & uirtus, sine qua nemo uidebit Deum. Hinc Ioseph inter reliquos fratres talarem tunicam habuisse describitur, quæ demonstrabat bonum opus usq; ad consumationem. Quid ergo procacem gestum demonstrabit Iudex? non certè. turbidum ergo necesse est? nihil minus. grauem igitur ostendet, & humanum sine superbia, gratiosum sine mobilitate, quietum sine dissolutione, seuerum sine malitia, maturum sine proteruia, secundùm uarias circunstantias causarum, personarum & similium.

De

De ætate Iudicis.

PARTICVLA SECVNDA.

SVMMARIA.

1 *Dignitatem acceptans aliquam, cùm non habeat sufficientiam, peccat mortaliter.*

2 *Quæ debet esse ætas Iudicis.*

3 *Homerus volens depingere hominē sapientem sub uelamine Vlysis, cum longo tempore, terram mareq; peragrare fecit.*

4 *Bos antiquus grauius figit pedem.*

5 *Instrumenta remanere debent apud seniorem.*

6 *Senes putantur præstantiores iuuenibus, moribus ac uirtute.*

7 *Senes delinquentes, mitius à Iudicibus sunt puniendi; & ibi remisiuè priuilegia senum ex varijs DD. cum num.* 8.

9 *In officijs, dignitatibus, honoribus, magistratibus, & alijs id genus, ad seniores est recurrendum.*

10 *Iuuenis non est respuendus ad officia administranda, si eum virtus extollat, scientia nobilitet, & mores laudabilem reddant.*

11 *Hieremias à Domino fuit constitutus super gentes & regna, cùm esset puer.*

12 *Papinianus quot annos vixerit. ibidem verba sepulchri eius.*

13 *Papinian. cùm adhuc iuuenis esset, quæ animosè gesserit.*

14 *Ex literis in saxis sepulchrorum sculptis, probatio an inducatur.*

Qualis

15 *Qualis debeat constitui Iudex, senex an iuuenis.*
16 *Conciliatio omnium quæ dicta sunt de Iudice, sene, an iuuene constituendo.*
17 *Iudex quot annos debeat esse natus.*
18 *Qua ætate possit quis doctoratus gradum assumere.*
19 *Procurator ad negotia quam ætatem habere debeat.*
20 *In dignitatibus ecclesiasticis, beneficijs, & alijs ad ecclesiam spectantibus, quæ ætas requiratur.*
21 *Quo iure vtamur hodie in ætate requisita in omnibus supradictis ad ecclesiam pertinentibus ex sacros. Concil. Trident. & num. 22.*



ACTENVS aliqua diximus ad Iudicem perfectum constituendum spectantia, quæ quamuis breuiter dicta, nihilominus tamen si ab ipso obseruarētur, nemini dubium quin eundem perfectum efficerent. Nunc de ætate eiusdem agendum, qualis debeat creari, senex, an iuuenis, quod ad ipsum nō spectat, sed ad eos quibus talis potestas est permissa, ac concessa (quantumuis certum sit, eum qui acceptat
1 *† dignitatē, cum non habeat sufficientiam ad exercendum ea, quæ incumbunt ipsi dignitati, mortaliter peccare, ut tradit Selua de benefic. in 3. par. q. 4.) nisi princeps ecclesiasticus, uel sæcularis cū eo dispensent, censentur autem dispensare, quando ex scientia certa scientes aliquem inhabilem conferunt in eum aliquam*

digni-

dignitatem, l. quidam consulebant, D. de re iudic. latissimè Ant. Gabriel. qui dictum examinat lib. 1. conclu. tit. de præsump. in 8. conclus.

Quemadmodum ex aduerso, si fuerit quis electus ad dignitatem, cùm sit idoneus, & noluerit acceptare, non est tutus in foro conscientiæ ex doctrina Panor. in c. ult. de postulat. prælat. nu. 13. in fin. In quo quidem dicendum uidetur, non iuuenem, sed senem Iudicem constituendum, quoniam ante tempus maturitatis, ante tempus examinationis, ante obe-
2 *dientiam disciplinæ tales honores † taliaq́; munera non sunt committenda, c. quid est, 78. distinct. Solet enim in senibus morum adesse maturitas, c. nisi cũ pridem. §. alia uero, de renunciat, c. 1. eod. c. porrò, 84. dist. Quibus accedit quod in scripturis legitur, in antiquis sapientia, & in multo tempore prudentia. prudentes autem dicuntur habentes memoriam præteritorum, intelligentiam præsentium, & præuidentiam futurorum: ut fuit Ioseph, qui præuidit futuram famem, & ideò conseruari iussit frumenta: ut legitur Genes. 41. Afflict. in præfat. ad constit. reg. num. 7. citat Ciceron. Senec. & sum. D. Anton. maximè cum prudentiam, non nisi longo tempore, longaq́; rerum experientia consequi possimus. Unde Home-*

3 † *Homerus depingens uirum sapientem sub uelamine Vlyßis, eum longo tempore terram, ac mare peragrare fecit.*

His consequens est quod diuus Hieronym. dicebat & refert Philip. Dec. in rubric. C. de edon. in præ-
4 *fatiuncula in simili, quòd † bos antiquus grauius figit pedē. Adiuuat hæc omnia quod dicitur in nouel. de appellation. §. illud etiam, in can. Domino sanctò 50. dist. senum maiorem eße authoritatem. Ad hæc Cicero de senect. Habet senectus honorata præsertim tantam authoritatem, ut ea pluris sit, quam omnes adolescentiæ uoluptates. Quibus illud conuenit, quod ab Imp. in l. ult. C. de bon. quæ lib. dicitur, melius est coartare iuueniles calores, ne cupidini dediti, tristem exitum sentiant, qui eos post dispersum expectat patrimonium. & in c. omnis ætas, 12. q. 1. in c. cum adolescentium ætas seß. 13. Decret. de reformat. in sacro Concil. Triden. Tum quia iuuenis uia est incognita ut dicit Salomon refert glos. in. §. 1. Instit. de iust. & iur. qui dicebat tria sibi esse difficilia, sed quartum omnino ignorare, quod erat, uia adolescentis in adolescentia. Planè eod. spectat quòd alibi legimus apud Florian. in l. ult. D. de fid. instrument. (qui*
5 *textus iam est singularis ad hoc, instrumēta debere*

de Penna dicente, per maiorem ætatem præsumi quem
habiliorem, prudentiorem, & magis expertum.

Nec tamen tantùm senibus tribuendum, ut iuue-
nibus nihil remaneat, non enim incommodum seque-
10 *tur, † iuuenem ad iudicandum admitti, si eum uirtus*
extollat, scientia nobilitet, & mores laudabilem red-
dant. Unde Valer. lib. 3. c. 1. iniquum existimauit,
eum honori nondum tempestiuum uideri, qui iam uir-
tuti maturus sit. Solet quippe quandoq; ingenium &
prudentia iuuenibus in iuuentute adesse, & in senibus
insania, & imprudentia, c. quanta nequitia, 86. dist.
ubi est elegantiss. tex. Quid dicendum de Daniele
puero, qui Iudex delectus fuit? Daniel. 13. in c. in c. nõ
11 *omnes, 2. q. 7. Nonne † Hieremias puer à Domino*
super gentes fuit constitutus & regna, ut euelleret, di-
sperderet, ædificaret? Hierem. 1. in c. His accedit quod
de Papin. legimus, quem prudentissimum, in l. cum
uirum. C. de fidecom. ingenii acutissimi in l. cum ac-
cutissimi, eod. solitus fuerat appellare Imp. ante an-
12 *num 38. obiisse † ut testatur Catel. Cotta in memorab.*
ubi dicit eius urnam ætate Mariani Socin. fuisse Ro-
mæ inuentam à quodam rustico, in qua hæc uerba scri
pta erant. Aemilii. Pap. I. C. & præfec. Præt. ac-
quiescunt hic ossa, cui infelix pater & mater sacrum

fecerunt,

fecerunt mortuo anno suæ ætatis trigesimo octauo. uel aliter, ut ipse dicit. Aemilio Paulo Papin. Præfec. Præt. Iurisconsulto, qui uixit annos 36. dies 10. menses 3. Papinianus Hostilius, Eugenia Gracilis turbato ordine in senio, heu, parentes fecerunt filio optimo. Et minus rectè.

13 *Quid hic Papin. iuuenis adhuc, non animosè gessit? ubi ad Pandect. attulit libb. QQ. triginta septē, Responss. 19. Aedilitium unū, de Adulteriis alterū, ac duos Definitionum? Quis uoluntatis testatorum, quæ res est summè difficilis, ita commodè perscrutator, coniecturatorq; fuit? At ex literis in sepulchris de-*

14 *scriptis probationem induci, † dicunt multi, quamuis alii diffiteantur, de quo in l. monumentorum, C. de religios. & ibi Castrens. idem in l. si sepulchrum, num. 7. ubi ponit materiam, C. eod. Durand. in suo specul. tit. de probat. §. nunc uidendum, nu. 12. Felin. in c. 2. de rescrip. num. 49. & latissimè in eius addit. ibi, in uerbo, ut marmoribus, ubi citantur multi Doctores.*

15 *Non igitur † senex magisquàm iuuenis ad iudicandi officium assumendus est, sed is duntaxat, quem scientia, mores optimi, ingens uirtus cognitum habent, quæ omnia non ætate, sed ingenio & labore parantur.*

maximè

maximè cum hodiernis temporibus reperiantur multi iuuenes honestæ uitæ, famæ, ac multa doctrina præditi, & ut ait Fab. Quint. non est æstimandum cuiusquisq; sit ætatis, sed quantum in studiis suis profecerit.

16 *Enimuerò pari casu † (& omnia erunt cõciliata) si æquales mores, scientia non dispar, & alia omnia in sene, & in iuuene reperiantur, semper ego dicerem potius senem, quam iuuenem admittendum esse, & tunc habere locum ea omnia, quæ de senibus diximus.*

Planè hæc omnia quæ dicta sunt, posse iuuenem àd Iudicis dignitatem assumi, hanc suscipit interpre-
17 *tationẽ, ut non sit minor uiginti † annis, l. cum lege, de recept. arbit. glos. in c. cum uicesimum, de offic. delegat. ubi Butrio reprehendit Azonem. In aduocato decem & septem anni statuuntur, l.1 §. initium D. de postul. ubi Bart. dicit idem esse in doctorando,*
18 *ut doctorari quis nequeat ante dictum tempus, quantumuis Cardin. Zabarel. in proœm. clement. dixerit in doctorando non reperiri iure cautum. Iam in pro-*
19 *curatore aliter statutum est, † ut nisi habuerit 25. annos, procuratoris officium ad lites & iudicia suscipere nequeat, l. exigendi, C. de procur. licèt alio iure utendum dixerit ibidem Accurs. in uer. non iniustè*

quando-

quandoquis uellet esse procurator ad negotia, qua ratione dixit procedere.§. iustè, ex quibus caus. manum. non lic. apud Iustinian.

20 *In Dignitatibus ecclesiasticis, † & aliis omnibus ecclesiam respicientibus (illo omisso quod Imp. in Authen. presbyterum, & seq. mandauerat) ita placuit circa ætatem requirendam: ut diaconatum, uel subdiaconatum quis consequi non possit, nisi in 18. anno, præsbyteratum in uigesimo quinto, clem. ult. de æta. & qualit. Episcopatum in trigesimo, cap. cum in cunctis, extra de elect. latè & eleganter Rebuff. in tract. de pacific. poss. nu. 220. Quamuis in inquisitore quadraginta anni requirantur, clem. nolentes, de haeret. de quo glos. uidetur conqueri, cum in Episcopo qui etiam est inquisitor, triginta anni sint tantùm necessarii. Abbatissa uerò monicha esse potest in trigesimo anno, cap. indemnitatibus, de elect. lib. 6. Ad quæ omnia uidendus Abb. in c. super inordinata, de præbend. ubi ponit quæ ætas requiratur in qualibet dignitate, personatu, beneficio, beneficio sæculari, regulari, simplici uel curato. Post quem posuit excellens Doctor Petr. Rebuff. in sua praxi benefic. tit. de dispensat. super defect. ætat. ubi etiam latè quando, & quomodo dispensetur, idem in tract. de pacific.*

pacific. poßeſſor, in quarta limit. ubi more ſuo elegantiſsimè ſcribit.

21 *Verùm enimuerò † hodie hoc iure utimur ex ſacro ſancto concilio Trident. ut nullus poßit ad diaconatum promoueri niſi habeat uiginti tres annos, ad ſubdiaconatum uerò niſi uigintiduos natus ſit, in c. nullus in poſterum ſeſſ.23. de reformat. unde ſequitur declaratio dictæ clemen. ubi Zabarell. & etiam correctio, & c.1. de ætat. & qualit. in 6. Quòad presbyteratum nihil ſacrum concil. immutauit, d. c. nullus. Iam quòad beneficium obtinendum, ita decretum eſt, ut ante decimum quartum annum quis beneficium obtinere non poßit, c. nullus, prima tonſura ſeß. 23. de reformat. quantumuis ante ſacri Concilii celebrationem ita conſtitutum eßet, ut in ſeptimo anno quis beneficium obtineret, quod nullo modo ſonaret in Rectoriam Pan. in d.c.ſuper, in fine, cap. de his 28. diſt. ubi Præpoſit. in 2. col. ex uariis omnia cumulat.*

22 *Habuit etiam † ſacrum concilium rationem dignitatum eccleſiaſticarum circa ætatem taxandam, in c. cum dignitates ſeſſ.24. de reformat. Decreuit itaq; neminem promoueri poſſe ad dignitates quaſcunq;, quibus cura ſubſit animarum, niſi uiceſimum quintum ætatis ſuæ annum attigerit, cæteris uerò dignitatibus,*

tibus, quæ nullam habent animarum curam, non alios præfici uoluit, nisi idoneos clericos, qui non sint uiginti duorum annorum spatio minores. Ita obseruandũ per terrarum orbem, & deberent curare, & uigilare Prælati, ut omnia supra dicta obseruentur, quæ sunt in sacro sancto concilio sanctè decreta. Atq; hactenus de ætate Iudicis.

Qualis sit hodie Iudex.

PARTICVLA TERTIA.

SVMMARIA.

1 *Hodie iustus pro iniquo pœnas luit, & bonus pro malo condemnatur.*
2 *Leges comparatæ sunt telis aranearum.*
3 *Amicitia, odium, coniunctio, pecunia; sunt quatuor iudicum consiliarij.*
4 *Paupertas hodie ita contemnitur, vt facilius aureus pro ludo, ac vanitate profundatur, quàm nummus pro paupere corradi posit.*
5 *Elegantis. dictũ beati Hiero. in materia pauperũ.*
6 *Propter peccata veniunt aduersa, & scandala.*
7 *Iudicis officium periculosum, & laboriosum.*
8 *Iudicis officium quamuis sit periculosum, ac laboriosum, tamen hodie multi nunquam tædio afficiuntur.*

9 *Iudices hodierni procurant liberos suos imperitos, ac ineptissimos sibi in officio adiunctos dari.*

10 *Doctor indoctus dicitur fons sine aqua, & nebula turbinibus agitata, et ab scholari docto præcedi debet priuaturq; prærogatiuis concessis doctoribus per regul. Cancell. tempore Eugenij Papæ IIII.*

11 *Iudex malè iudicans per imperitiam, non excusatur in foro conscientiæ.*

12 *Principes maximi hoc solo carent, vt non habeant qui eis ueritatem dicant.*

13 *Filius iudicis est præferendus alteri, in eo munere cui pater præerat, data scientia ac virtute pari.*

14 *Filius delinquens, propter merita ac beneficia maiorũ suorum in Rempub. collata, mitius est castigandus, ex Tiraquel. quemadmodum pater multos liberos habens, mitius punitur.*

15 *In aliquibus Regnis solet esse constitutio, vt habens duodecim liberos, sit immunis. Et ibi de tali constit.*

16 *Habens plures liberos, est ad officia promouendus.*

17 *Principes hodie sunt cæci, & fortunæ comparari possunt.*

18 *Hodie Iudices non habent Deum ante oculos, & sic omnia malè vertunt.*

19 *Non est quod hodie dicamus, Iudicem esse quasi ius dicentem. Et ponuntur multa mala iudicum.*

Qvo



VO ergo ibit anima Iudicis? *Quis bonus Iudex est, & laudabimus eum? ubi in sententiis contra*
1 *reum ferendis † iustus pro iniquo pœnas luit, & bonus pro malo condemnatur, pauper acriter castigatur, diues absoluitur, & iniquus, potentes præualent aduersus miseros, & eorum uestibus induuntur. Deniq; leges pro pauperibus, & miseris factæ sunt, & ab eisdem solùm obseruari debent. Clamemus igitur, & lamentemur cum sancto propheta Abac. cap. 1. Lacerata est lex, & non peruenit usque in finem iudicium, quia impius præualet aduersus iustum, propterea egredietur iudicium peruersum. Dicamus etiam cum Valer.*
2 *lib. 3. cap. 2. leges † aranearum telis comparatæ sunt, nam ut illis infirmiora animalia retineri, ualentiora transmitti, ita & his, humiles & pauperes constringi, diuites autem non ligari, ante oculos habemus.*

Quis non doleat eo deuentum esse (audite Iudices) ut nihil in iudiciis discernatur sine consilio odii,
3 *† suffragio amicitiæ, consensu coniunctionis, ac pecuniæ authoritate? Ita ut hi quatuor consiliarii, & iudices, concilium generale, ac ordinem totum consti-*

tuant. Proh. dolor. Quis docuit unquam odium iudicium dicere? ubi didicit amicitia sententiam firmare? Quos annos consumpsit coniunctio, legali sapientiæ inuigilando? Quomodo potuit pecunia iuri operam nauare? Non est ergo quòd demiremur, si omnia protrahantur ad malum. Si enim odium iudicat, quid fiet de odio prosequutis? si amicitia? quàm malè agetur cum incognito. Si coniunctio, quid erit de causa extranei? si pecunia lites dirimit, quanta possidebunt potentes ac diuites, pauperi uerò quid restat agendum misero?

Iam quò ad eleæmosynam, quam tátopere amplectendam à Iudice latè diximus, quid dicendum? ubi paupertas ita contemnitur, ut facilius aureus pro ludo,

4 † & uanitate profundatur, quàm nummus pro paupere, ac mendico extrahi possit, Cardinal. in clemen. exiui, de uerb. sig. Felin. in c. in præsentia, num. 52. de probation. Proiicitur pecunia ad epulas magnas, pro paupere panis corradi debet, triumphat diues iniquus, pauper fame perit & iustus. domos amplas, & depictas habet diues, pauper miserrimus uix in xenodochio recipitur, honoratur diues ignobilis, pauper nobilis, ac honestus ludibrio habetur, ueste aurata, & purpura utitur diues, arcas pauperum i-

stus

ſtibus plenas habet, laborat mēdicus, & frigore perit. adeò quòd noſtram hanc miſeram ætatem præui-
5 dens † beatus ille Hieronym. lamentando ad Euſt. dicebat. *Inficiuntur membranæ colore purpureo, aurum liqueſcit in literis, gemmis codices ueſtiuntur, & nudus ante fores diuitum Chriſtus emoritur.* cum manũ egenti porrexerint, buccinant, &c. cap. gloria, 12. q. 2. Et dicitur prouerb. 19. *Diuitiæ addunt amicos plurimos, à paupere uerò quos habuerit ſeparantur.* & infra. *Fratres hominis pauperis oderunt eum, & amici inſuper longè receſſerunt ab eo.* Dolendum profectò, tantam rebus humanis ſucceſſiſſe aduerſitatem, ut quæ Dei ſunt non curentur, quæ uerò mundi, iam à primis cunabulis edocti ſimus. Nihil ergo mirum ſi eueniant ſcandala, & aduerſa, maximè cum ſuperiores id non curent, qui ſunt capita, & malum exemplum de ſe ipſis oſtendant, unde ut dixi neceſſe eſt, ut
6 eueniant ſcãdala, & aduerſa, quæ propter † peccata, & delicta accidere ſolent, c. Nabuchodonoſor, 23. q. 4.

Si ergo ita fit quotidie à Iudicibus, ut pauperes non curentur, nec minima eorum ratio habeatur, ſed in conſideratione ſint amicitia, coniunctio, odium, diuitiæ, ac potentia, nulli dubium quin eorum officium periculoſiſſimũ iudicetur, nam & laborioſum

7 *esse † nemo diffitetur, quòd tanta obseruare debeat, quamuis obseruanda non obseruet hodie Iudex, ut eleganter ponit Aluarus Pelaius de planctu Ecclesiæ lib. 2. cap. 41. ubi ponit uitia quorumcunq; iudicum.*

Verum enimuerò quamuis pro cōperto habeatur, periculosum, ac laboriosum esse Iudicis officium, tamen iudices hodierni multi reperiuntur, qui licèt thesauros immensos accumularint, muneribus tamē nun-
8 *quam † fastidiuntur, nunquam lassati laboribus, nunquam corporeis doloribus fastiditi requiem quærunt. contra quos dici potest illud Quintil. Fingè tibi uelut ipsam proclamare naturam. receptus ès in hoc pulcherrimum mundi, rerumq; consortium, & per succedentium uices bona nostra uidisti in ordine mortalium natus, admitte posteros, & cede retrouenientibus.*

9 *Id tantùm Iudices curant, † liberos scilicet, & prolem suam ineptissimam, suis insignibus muneribus, ac officiis subrogare, uel sibi adiunctos dari. Veh illis, ex hoc enim Respub. maximum consequitur detrimentum. Quo enim magis inter alia Iudicem conuenit esse præditum, quam scientia, & uirtutibus? c. 1. de consang. & affinit. Quapropter Doctores dicuntur*

cuntur domini, quia dominantur imperitis, ut elegan ter Bald. dixit in Authen. habita, C. ne fil. pro pat.
10 *Si uerò sint indocti, uocantur fontes sine aqua, † nebulæ turbinibus agitatæ, c. sequuti sunt, in fin. 2. q. 7. Eos dixit Felin. ex Ludouic. Rom. debere præcedi à doctis scholaribus, in rub. de maior. & obedient. nu. 3. ubi nu. 4. refert & facit festum de dicto Barbatiæ, dum dicit fuisse decisum in curia Romana tẽpore Eugenii IIII. priuilegia data per regulas Cancellariæ Doctoribus, non competere doctorellis idiotis, ac imperitis, & occupatoribus tituli Doctoratus propter excellentem ignorantiam, qui & aliàs dicuntur comites sine comitatu, Neuis. in sylua, ubi ponit de eo, qui malebat esse adaptator calceorum, quam Doctor indoctus. Præsertim cum mortaliter peccet pater petendo pro imperito, & imperitus acceptans officium uel dignitatẽ, ut supra dixi ex Ioan. de Selua de benefic.*
11 *in 3. par. q. 5. Nec Iudex excusetur † iudicando malè in foro conscientiæ propter imperitiam, ut Paul. Doctor aureus concludit in Authen. hodie, C. de iudic. Ias. in §. sed istæ, de action. mihi nu. 120. eleganter Aluar. Pelaius de planct. Eccles. lib. 2. cap. 41. in fin.*

In consiliariis principum (de quorum uitiis ponit

Pelaius

Pelaius ubi supra, cap. 30.) illud ita euenit. Fallunt principem asserendo filium Iudicis eruditissimum esse, cum sit rudis ac imperitus, uita moribusq́ laudabilem, cum uitio semper adhæreat, Reipub. amatorem, ac defensorē summū, cum nec quid sit Respub. cognoscat. Quamobrem clamabat Bald. iurisprudentiæ secretarius, cons. 327. pridie consului. col. 2. lib. 1.

12 *maximos † principes eo solo carere, ut non habeant qui eis ueritatē dicant. quem refert Cotta in memor. in uer. princeps uerus. Aliquando enim conueniunt quatuor uel quinq; consiliarii, fortè ob pecuniam uel alia munera recepta, & unum idemq́ consilium ad imponendum principi accipiunt, princeps uerò, qui domi clausus manet, uera non intelligens, cogitur hoc tantùm scire, quod illi loquuntur, facit iudices, quos fieri non conuenit, amouet à Repub. quos deberet perquirere cum maxima uigilatione. Hunc optimum morem non omittunt consiliarii nostri temporis, qui uiris grauissimis, doctrina illustribus, sapientia præditis, quia non sunt ita nobiles uel diuites (quam nobilitatem dici præcipue ex uirtutibus, & literis Bal. dixit in l. nobiliores, C. de commen. & mercat. Cassan. in Catalog. glor. mund. part. 8. consid. 4. in fin) neglectis, & omissis, pernicies communis utilitatis ad guber-*

gubernationẽ, & iudicandi munus promoueri in causa sunt, si nobiles, et graues coniunctos habeant, uel amicos ipsis fauentes. Unde sequetur hodierna maledicta consequentia illos tantùm esse doctos, ac studiosos, qui habent potentes amicos, uel consanguineos, quibusq; maximi principes fauent, alios uerò ineptos, ac imperitos haberi omnino.

Non nego iustissimum esse (ut ad patres redeam) data doctrina pari, modestia æquali, moribus similiter honestis, uirtute non dispari, prudentia simili,
13 *præferendum esse † à Principe filium, uel aliam prolem Iudicis, in eo munere regendo, cui pater præerat aliis extraneis, nec enim quid noui faceret, nam iam ante fecerat, uel fieri iusserat Imp. Anastas. in l. iubemus, & in l. petitiones, C. de aduocat. diuers. iudic. ibi, & filios aduocatorum, uel eorum qui fisci patrocinium deposuerint superstitum, uel mortuorum extraneis ad idem officium accedentibus anteponi, eiq; gratis, & sine sumptibus associari, si & ipsi (prout dispositũ est) legum doctrinam meruerint. quæ sunt leges ad nostrum propositum singulares, & elegantissimæ.*

14 *Neque etiam ignoro † propter beneficia maiorum in simili, in Rempub. collata filium delinquen-*

tem, mitius uenire puniendum, ut eleganter tradit Andr. Tiraq. de Pœn. caus. 49. ad l. 2. §. Postea cum Appius, D. de orig. iur. uideo in eadem causa esse parentes, quibus aliqualiter è conuerso parcitur, si plures liberos habuerint, idem Tiraquel. caus. 26. ad l. cum ratio, de bon. damnat. Quemadmodum in
15 aliquibus Regnis † solet esse constitutio, ut pater minus grauetur, et immunis sit, si habuerit duodecim liberos, de quo eleganter Iason in l. sciendũ. §. fin. D. qui satisd. cogant. And. Alciat. de præsump reg. 1. præsump. 36. ubi eleganter ponit, an mortuo uno ex filiis, pater nihilomininus eandẽ immunitatẽ retineat. Nec
16 etiam me latet eum esse ad officia promouendum, † qui liberos habuerit, ea ratione, quia præsumitur ac censetur remanere in ciuitate, ideò rectè gubernabit, l in albo, C. de decurion. ut ex eodem Alciat. ubi supra multa citante colligere licet. Illud omittendo ad magistratus eos esse promouendos, qui describuntur in l. ad subeunda C. de decurion. ubi Penna, & alii Doctores, in l. rescripto, D. de muner. & honorib. Id tamen nusquam inueni, ut quia pater erat doctus, & bene iudicabat, consequens sit idem in filio dicendũ, ut propterea ad idem officiũ ipse uocetur, cui pater præerat, quoniam illud intelligitur data doctrina necessaria,



ria, moribus ac uirtutibus æqualibus extraneo circa idem officium filium esse præferendum. Quamobrem maximè detestor doctos, uel indoctos: honestos, uel inhonestos filios admitti ad patris officium, alios uerò laudatißimos quosq; in angulis dormire. & parcant mihi, qui talia fieri curant.

Non erit igitur mala contemplatio, si hodiernis temporibus principes ac reges, (de quorum officio eleganter scripsit Aluar. Pelaius Episcopus Siluens.
17 *de planct. Eccles. lib.* 1. *cap.* 62.) † *fortunæ comparemus, eosdem cæcos depingendo, quia non uident cui præmia conferunt, & dignitates, qualem fortunã dixit Bald. in l. ult. C. com. de legat. ubi dicit esse cæcam, inexorabilem, surdam, & mutam, & nõ habere superiorem. Vtinam uideret, quia beneficus afficeret uirtutis amatorem. De fortuna, ac iudicio sortis Felin. in c. capitulum sanctæ Crucis, de rescrip. extra. infinita copiosißimus ille Tiraquel. in tract. de iur. primoge. q.* 17. *in* 1. *opin. nu.* 1. *& seqq. usq; ad nu.* 102.

Atque hæc sunt quæ Iudices ætate nostra curãt,
18 *ac faciunt,* † *Deum ante oculos non habentes, & sic ut uno uerbo dicam, omnia protrahuntur ad malum & aduersum, Paul. ad Philipp.* 2. *Rebuff. de Decim. q.* 2. *num.* 8. *Adeò ut cum diuo Bernar. in disciplina*

scholastica possimus clamare. Recessit lex à sacerdotibus, disciplina ab scholaribus, timor à iuuenibus, amor à parentibus, obedientia à filiis, consilium à senibus, custodia à Prælatis, iustitia à principibus, legalitas à consulibus, ueritas à mercatoribus, mansuetudo à potentibus, pietas à nobilibus, fides à populo, charitas à mundo, concordia à fratribus, familiaritas à sororibus, integritas à uirginibus, pudicitia à uiduis, fiducia à cunctis, &c. Denique Christus ab omnibus est alienus. Plangat ergo Ecclesia, ut mirabiliter scripsit dictus Aluar. Hispanus, qui omnium conditionum, ac statuum uitia increpauit, referens permulta iudicum uitia, lib. 2. cap. 45. de planct. Ecclesiæ: plangenda enim sunt Ecclesiæ incommoda, ut supra dixi.

19 *Nec est quòd dicamus † hodie Iudicem dici quasi iusdicentem, l.1. D. de iurisd. om. Iudic. c. forus, de uerb. signific. c.1.23.q.2.uirum bonum, in l.continuus, §. cum ita, de uerb. oblig. (quæ ipsius propria sunt) quia plæriq; iudicum sunt personarum exceptatores, non aduertunt merita causarum; sed merita personarum, non iustitiam, sed pecuniam, non quid ratio dictet, sed quid uoluntas affectet, non quid lex sanciat; sed quid mens cupiat, non inclinant animum ad iustitiam;*

tiam; sed iustitiam ad animum, non ut quod licet, lubeat; sed quod lubet, liceat. Pauperum causas cum mora negligunt, neque pauper auditur, cum non habet quid offerat in iudicio; sed & opprimitur, secundùm quòd præsenserat diuus August. reaßumptum in c. pauper, 11. q. 3. Ad diuitum uerò causas cum instantia insistunt. in illis rigorem ostendunt, in his mansuetudinem dispensant, illos cum difficultate audiunt ac respiciunt, hos fauorabiliter tractant, illos diligenter audiunt, istos negligenter auscultant, sit lucrum in arca, damnum in conscientia. pecuniam captant, animam captiuant. Vnde Archid. in c. iudicet. 3. q. 7. (te alloquitur Iudex) noli quærere fieri iudex, nisi ualeas uirtute interrumpere iniquitates, ne fortè extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua. Et Vasquius Hispanus lib. 1. de success. progress. §. 1. nu. 13. cum ratione Iudices nostri temporis deridet, ac eorum miseretur, denique cum animam suam multis periculis exponant. ipsi uiderint, quoniam sententiæ illorum contra eosdem retorquebuntur, c. cum æterni, de sent. & re iud. in 6. c. nouit. de iudic. ext. unde dicebat Bald. bonum uirum non ubiq; reperiri, & uix in quinquagesimo anno nasci, quemadmodum Fœnix, in c. quoniam abbas,

in 2. col. extra de offic. delegat. quem refert Rebuff. in tractat. nominat. q. 21. num. 61. Quando uerò bonus uir reperitur, multi sub umbra alarum eius requiescunt, secundùm eundem Bald. in c. 1. de renun. Hactenus de Iudice. Nunc Prælatum Ecclesiæ paucis alloqui uolo, & faciam tres considerationes.

De Prælato Ecclesię.

CONSIDERATIO PRIMA.

SVMMARIA.

1 *Prælatus Ecclesiæ debet esse irreprehensibilis, sobrius, castus, ac domui suæ benè præpositus.*

2 *Prælatus Ecclesiæ debet esse quemadmodum Sol ad illuminandum.*

3 *Prælatus Ecclesiæ debet esse quā maximè poterit auaritiæ, & cupiditatis inimicus.*

4 *Auari sunt aliquando Prælati, vt faciant diuites nepotes, & consanguineos.*

5 *Bona Ecclesiæ, non sunt danda adulatoribus, hystrionibus, venatoribus, neq; personis prohibitis.*

6 *Episcopus quomodo se habeat ad bona Ecclesiæ, eleganter remissiuè ponitur ex varijs Doctoribus.*

7 *Episcopus debet esse castus, iustus, irreprehensibilis, ne aliàs dicatur aduersus eum. Qui alios doces &c. ac omnia eius, zelum Dei debent præseferre.*

MAXI-



AXIMÈ elaborarunt, tum antiqui ſancti patres, in c. cum in cunctis ordinibus, de elect. extra, ut latè ibi Canon. cum etiam, & ſancti Patres in Concilio ſacroſancto Tridentino celebrando intereſſentes, circa uitam optimi Prælati, ac iuſti componendam, regulandos mores, ac munus ipſius explicandum, & aliqui Doctores ſcripſerunt. Poſt quos omnes ego ſpicas colligendo, floſculos quoſdam opulentiſſimæ mēſæ apponam. Triplicem igitur adhibeo conſiderationem, altera pertinet ad uitam propriam Prælati, ſecunda ad reſidentiam, tertia ad curam, & ſolicitudinem uitæ ſubditorum, & ouium commiſſarum. Conſequens ergo putatur (ut ad primam ueniamus) omnino neceſſe eſſe Prælatum

1 *† irreprehenſibilem, ſobrium, caſtum, domui ſuæ benè præpoſitum, c. oportet, 8. q. 1. quoniam oportet mundam eſſe manum, quæ diluere ſordes curat; ne tacta quæq; deterius inquinet, ſi ſordida lutum ſequens tenet, c. neceſſe, 1. q. 1. §. neceſſe, 47. diſtin. Quomodò enim ſecundùm diuum Ambroſ. clerici, & religioſi poſſunt in prædicationibus, & alibi laicos arguere, cum ipſis negligentiores, utinam non celebratiores exiſtant? c. quid autem ego. 8. q. 1. & alibi dicitur*

citur, Prælati tui lapidandi lapidant alios, c. iudicet, c. qui sine peccato est, 3. q. 7. Tum etiam in grauibus peccatis positi, aliena nituntur diluere, c. in grauibus ead. caus. et q. sit ergo irreprehensibilis, & iustus Prælatus, ut par est, c. sacrosancta. §. & quoniam oportet, sess. 2. decreto de modo uiuend. in sacro Concil. Dei laudibus incumbat, ostias, laudes, & preces offerat, d. c. sacrosancta, in princ. eleganter Rebuff. in sua praxi. uer. dispensat. de non residend. num. 4. A mulieribus, & luxuria abstineat (horrendum profectò in Prælato) sub pœna suspensionis, uel etiã si opus fuerit priuationis, prout æquum summo Pont. uidebitur, c. quam turpe, sess. 25. decret. de reformat.
2 *in concil. † Quia quemadmodum Sol ad illuminãdum positus est & regendum, ut rectè docet Frater Domin. de Soto, de iust. & iur. lib. 10. q. 1. qui aliò se remittit. Quod enim agitur à Prælatis, facile trahitur à subditis in exemplum: et si Sacerdos, qui unctus est, peccauerit, faciet delinquere populum. Leuit. 4. c. magnæ. §. præterea, de uot. & uot. redemp. Accedit his quod alibi legimus de exemplo: componitur orbis ad exemplum regis. Et secundùm Iudicem populi, sic & ministri eius. Alibi; membra dolent quia capita languerunt, c. ex merito, 6. q. 1.*

Radix

Radix desiccata est, & corrosa uermibus, & ideò folia pallida, & fructus marcidi, quia qualis arbor talis fructus, Matth. 7. quando enim caput dolet, cætera membra dolent, in cap. sicut inquit, 2. q. 7. maximè cum uita pastoris sit subditis in exemplo, cap. cum pastoris uita, 2. q. 7. Denique qualis est rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Sit ergo ecclesiæ Prælatus, iustus, bonus, moderatus, ac irreprehensibilis, qualem esse conuenit, ut subditi eius exemplo uiuant: ne aliàs aduersus eum dicatur, quod aduersus improbum dici posset: meum imperium dilataui, & tu semitis contrariis meos labores cassasti, possessione me filiorum meorum, & tuorum pro maiori parte priuasti; & fidem meam, & tuam quasi ad nihilum reduxisti, & in fabulam, & derisum eam apud exteros conduxisti, & apud laicos propter malum exinde datum, graue scandalum posuisti; dicentes, ubi est Deus clericorum ita uiuentium? Quamobrem rectè & sanctè admonet sacrum Concilium Tridentinū, in cap. 1. sess. 25. decret. de reformat. Optandum inquit est, ut hi qui Episcopale ministerium suscipiunt, quæ suæ sint partes agnoscant: ac se non ad propria commoda, non ad diuitias, aut luxum, sed ad labores, & sollicitudines pro Dei gloria uocatos esse intelligant,

nec enim dubitandum est, & fideles aliquos ad religionem innocentiamq́ facilius inflammandos, si præpositos suos uiderint, non ea quæ mundi sunt; sed animarum salutem, & cœlestem patriam cogitantes, docet frater Dominic. de Soto, de iust. & iur. lib 10. quæst. 2. artic. 3.

Ex his omnibus sequitur à Prælato debere longè † abesse auaritiam, ne aduersus eum dicatur. Qui animas regere susceperant: Christi opprobia, sputa, flagella, clauos, lanceam, & mortem, hæc omnia in fornace auaritiæ conflant: & profligant in acquisitione turpis quæstus, uel aliter. Auxisti aurum, minorasti gentem, implesti bursam, defalcasti latriam, congregasti equos & arma, & occidisti filios, cogitasti stolidè per pecunias, ac potentiam carnis mundum tibi subiicere, non lachrymis & oratione, quæ sunt arma tua, cap. conuenior, 23. q. 8. & continentia, quæ est cingulum lumborum tuorum, & iustitia, quæ est lorica tua, & exemplis sanctorum, quæ sunt calciamenta tua, & fide, quæ est scutum tuum, & spe, quæ est galea tua, et uerbo Dei, quod est gladius tuus: remãsit tibi solũ armatura gladii uerbi Dei, sed ipso te ipsum confundis, quia dicis, & non facis, phariseus quodammodò effectus, c. non quales, 1. q. 1. c. multi, 40. dist.

Illud ſi euenit aliquādo in aliquo Prælato (quod
4 *abſit) accidit cauſa † nepotum & conſanguineorum, ut illis ſcilicet prouidere ualeat, clem. 1. de exceſſib. prælat. §. mittuntq; frequenter, & duob. ſeqq. in 18. exceſſu Prælatorum. Quod quidem eſt ab eiſdem maximè abhorrendum, ut dicitur in ſupracitato cap. 1. in ſacro Cōcil. ut faciunt ſapientes Epiſcopi, & Dei amatores hodiernis tēporibus, ſolum Deum ante oculos habentes. Qui omnes exempla ueterum ſanctorum patrum ſequuntur: maximè illud quod ponit Aluar. Pelaius, de planct. Eccleſ. lib. 2. cap. 15. ubi dicit de Clemen. IIII. qui cū ex uxore legitima uirgine ſæcularis exiſtens, duas filias genuiſſet, tandem promotus ad ſummam Pōtificalem dignitatem, filiam unam in monaſterio collocauit, ſolùm ei triginta libras paruorum Turon. pro dote ſibi in illo monaſterio faciens aſsignari. Alteri filiæ Aegidiæ fecit dari pro dote de patrimonio ſuo 300. libras Turon. mandans eidem, ut maritū acciperet ſecundùm conditionē ſuam, cui nunquam in uita ſua dedit aliquid de bonis eccleſiæ.*

5 *Nec ideò adulatoribus, † hyſtrionibus, uenatoribus, uel aliis perſonis prohibitis bona danda ſunt à Prælato, id enim (quod abſit) eſſet abſurdum, & potius uitio, quàm liberalitati cōparandum eſſet, c. do-*

nare cum seqq. 86. dist. & possit talis Prælatus à canonicis accusari, cap. Prælatorum, extra de accusat. & ibi Felin. num. 1. qui plus dixit ex Bald. in l. Iubemus nulli, C. de sacrosan. eccles. ad reuocandam rem ecclesiæ malè alienatam, quemlibet admittendum, etiam si aliàs non habeat legitimam personam. Maximè cum Episcopus non sit Dominus bonorum
6 *ecclesiæ, † sed quidam procurator, cap. 2. de donat. ex. Nam dominum habet ecclesia, cuius caput est Christus, cap. 1. extra de sacr. unct. extrauag. 1. de maior. & obed. in com. quoad substantiam res & bona sunt pauperum, quoad administrationem clericorum, & episcoporum, ut eleganter docet ex Ioan. Andr. & Ioan. Monach. Petr. Rebuff. in tract. de alienat. rer. eccles. nu. 99. & nu. 100. ubi ponit quomodò eis uti debeat, uel etiam, ut idem Rebuff. num. 101. ait, Episcopus dicitur tanquam cõmendatarius, elegantiss. Dominic. de Soto de iust. & iur. lib. 10. q. 4. artic. 3. post eum Martin. ab Azpilc. uulgò Nauarrus in manual. c. 17. §. 4. nu. 28. docet eleganter quomodò et quibus casibus res ecclesiæ alienari possint. Franciss. à Ripa in l. obligatione generali, nu. 77. cum seqq. D. de pignor. Quæ omnia obseruant hodiernis temporibus ueri, ac integri Episcopi, & qui Deo Optimo*

Maximo complacere cupiunt, quorum multi connumerantur in nostra christianissima Hispania, & in sancta Italia, & cæteris prouinciis, & inter alios obseruat, ut fama laudabilis, & acta probãt, Illustrissimus dominus meus Cardinalis Paleotus Episcopus Bononiensis religiosissimus, quem Christus conseruet, & ad altiorem statum promoueat ad suum seruitium.

7 *Denique quoad uitam propriam suam † Episcopus ita se gerere debet, ut nihil in eo reprehensibile uideatur, ut bonum etiam exemplum populo commisso præbeat: & omnia zelum Dei, simplicitatem, & uanitatum despectionem præseferant, & sic portabit bonum nomen Christiani, & Dei amatoris, ac Deo Optimo Maximo placebit.*

CONSIDERATIO SECVNDA.

SVMMARIA.

1 *Prælati & curam animarum habentes debent in propriis ecclesiis residere.*

2 *Concilium Tridentinũ excitauit necessitatem residendi in omnibus quibuscunque, & quacunque præfulgeant dignitate.*

3 *Multa de residentia remissiuè.*

4 *Residentia iniuncta fuit omnibus curam animarum habentibus.*

Qua

5 *Quæ dicantur beneficia curata, quæ dignitates &c. remissiuè.*

6 *Secundùm iura vetera quodlibet beneficium etiam simplex exigit residentiam.*

7 *Nos ad seruiendum Deo sumus tanquam testudines & cancri: nam pigrè accedimus, & veluti cancer retrorsum imus.*

8 *Iusta, ac necessaria causa absentiæ excusat à residẽtia.*

9 *Multæ species absentiæ, remissiuè.*

10 *Dispositio omnis suscipit interpretationem, nisi noua, ac iusta causa interuenerit.*

11 *Episcopus potest dispensare cum scholari super residentia.*

12 *Ecclesiæ interest habere homines literatos, & non indoctos.*

13 *Episcopus quibus casibus dispenset cum clerico, de non residendo.*

14 *Ad licentiam non residendi, nihil scholaris soluere debet.*

15 *Scholarium priuilegia, remissiuè ex Rebuffo.*

16 *Ex absentia pastorum, quanta incõmoda sequebantur.*

17 *Ecclesia maximè deplorabat incommoda, quæ sequebantur ex absentia Prælatorum.*

17 *Sancti patres cõcilio sacrosancto Tridentino celebrando interuenientes, maximè deplorabant ecclesiæ incommoda.*

19 *Ecclesiæ incommoda sunt maximè dolenda.*

20 *Vbi temporalia colliguntur, necesse est etiam spiritualia seminare.*



ECVNDA ratio huc spectat, ut Prælati, & curam animarum habentes, in propriis ecclesiis, seu diocæsibus personaliter † resideant, ut mandauit, & necessitatem excitauit sacrum Concilium Tridentinum omnibus quibuscunque, siue Cardinalibus, siue Patriarchis, siue aliis ani
1
2 *marum † curam duntaxat habentibus, cap.* 1. *sess.* 23. *decret. de reformat. cap.* 1. *cess.* 13. *eod. decret. de re-*
3 *format. Quò spectant, quæ de † residentia scripsit Thom. Campegius Episcopus Feltren. in suo tract. de resident. pastor. Barthol. Carranza de Miranda, in libello de resident. episcop. ubi cap.* 4. *&* 5. *ponit, an sit de iure diuino. Iacob. Naclant. in suo opere de de resid. episcop. & pulchrè Ambros. Cathar. de resident. pastor. doctè frater Dominicus de Soto, de iust. & iur. lib.* 10. *q.* 3. *artic.* 1. 2. *&* 3.

Idem statutum fuit & renouatum in aliis quibus-
4 *cunque curam † animarum habentibus, ut supra dixi, putà in beneficiis curatis, & aliis similibus, in .§. eadem omninò, dicta sess.*23. *decret. de reformat. Quæ*
5 *autem dicantur beneficia curata, †. quæ dignitates, & quæ necessaria sint, ut hæc sint habenda pro talibus, declarat Panor. in c. de multa, extra de præbend.*

post

post quem eleganter Petrus Rebuff. in sua prax. benefic. in prin. ibi, quotuplex sit beneficium, & beneficium seculare quotuplex sit. Ex quibus omnibus in Concilio decretis sequuta fuit renouatio ueterũ iurium multorum, cum secundùm ea quodlibet beneficium
6 *† etiam simplex, & sine cura, residentiam requireret, ac desideraret, cap. quia nonnulli, c. conquerente, extra de cleric. non resident. c. peruenit, 2. extra de appellat. ubi Dec. c. sanctorum, 70. dist. ubi Præpositus in c. extirpandæ. §. qui uerò, de præbend. extra ubi Panormit. Cosm. in proœm Prag. Sanct. in §. nam ecclesiarum, in uerbo, resident, & in uerbo, non agnoscunt, Michael Thomasius Maioricen. excellens Doctor, & magnæ autoritatis, de rat. habend. Concil. prouincial. part. fin. Petr. Rebuff. in sua prax. ibi dispensat. de non residen. nu. 7. citat Ioan. Seluam in trac. de benefic. 4. p. q. 10. & dicit nu. 8. de consuetudine non seruari, & sic beneficia simplicia nõ exigere residentiam, & nos ad seruiendũ Deo esse tan-*
7 *quã † testudines, & cancros, nam pigrè accedimus, & ueluti cancer retrorsum imus, ex D. Hostiensi.*

His tamen omnibus de residentia dictis, iusta ac
8 *neceßaria causa absentiæ † præiudicabit, qualis depingitur in d. c. 1. in sacro Tridentino Concil. Quo*

spectat

spectat quod scripsit dominus Matth. de Afflict. in decis. reg. Neapol. decis. 289. tradit Dominicus de Soto, de iust. & iur. lib. 10. q. 3. artic. 4. sanct. Thom. 2.2. q. 185. artic. 5. Huius absentiæ generaliter lo-
9 *quendo † multas species pulchrè docet Bart. in l. ult. D. de in integr. restitut. Nec de hoc quis mirari debet, cum quælibet dispositio suscipiat hanc interpretatio-*
10 *nem, nisi noua, ac † iustissima causa interuenerit; l. si hominem, D. mandat. cum multis similib. adductis per D. Andr. Barbat. in rubric. C. qui admit. ad bon. poss.*

11 *His consequēs est posse † scholarem cum Episcopi dispensatione abesse à beneficio curato, si studiorum causa in uniuersitate approbata uersetur, cap. relatum est, & ibi glos. extra de cleric. non resident. docet Petr. Rebuff. in prax. benefic. ibi, dispensat. ratione ætatis, in uerb. ac in uniuersitate Parisien. uers. Episcopus etiam ratione studii. Cum euidens utilitas ecclesiæ dicatur (una ex illis causis propter quas absentia licita est, d. c. 1.) in eo consistere, ut homines li-*
12 *teratos † habeat, & non indoctos, glos. in c. fin. de rescript. in 6. c. cum ex eo, de elect. in 6. cap. 1. extra de magist. Panor. in c. inter cætera, de offic. ordin. Sed tamen hoc erit necessarium, ut scholaris licentiam in*

13 *scriptis accipiat ab Episcopo, quem in † centum septuaginta & uno casibus posse dispensare cum clerico de non residendo posuit eleganter Ioan. de Selua in tract. de benefic. in 4. parte, quæstione 7. per tot. qui est locus elegantissimus. Sed ad illam licentiam nihil*
14 *scholaris † soluere debebit, ut idem Rebuff. ubi supra docet, & dicit se tradidisse in tract. de priuileg. scho-*
15 *larium, in 30. priuilegio, † ubi cumulauit centum & septuaginta priuilegia. Quantumuis dici posset non esse de illis agendum, cum beneficia curata non nisi literatis, & peritis sint conferenda, ut in cap. quia illiterati, sess. 21. decret. de reform. in sacr. Trid. Concil.*

Quæ dicta de residentia Deo fauente hodiernis temporibus à Prælatis rectè obseruantur, de quo ecclesia maximè letatur. Obseruat inter alios illustrissimus Dominus meus Cardinalis Paleotus, Episcopus Bononiensis dignissimus. Nam ex absentia, quæ ante Christiani orbis sanctam reformationem in usu erat,
16 *infinita † incommoda sequebantur: nam uultus commissi gregis non agnoscebatur, beneficia incognitis conferebantur, Cosm. in Prag. Sanct. in proœm. in uerb. resident. Præposit. in cap. tenere, & cap. Sacerdotibus, 31. distin. cap. Episcopus 41. distin. Hospitalitas deserebatur, quam Deus nobis commen-*

dauit

dauit, & etiam iniunxit, c. de monachis, extra de præbend. Pauperes non curabantur, qui Christú repræsentant, qui fuit pauper, c. gloria, uers. nos suffarcinati, 12. q. 2. Cultus diuinus minuebatur per mercenarios, qui non seruiebant, quibusq; nulla erat ouium cura, seu solicitudo, c. ex parte, extra de constit. Hæreses nascebantur ob pastoris absentiam, ut in sacro Euangelio: maledictus homo seminauit zizaniam, cum dormiret pastor, uel absens esset. Ruina ecclesiis parabatur ex absentia pastoris, cum nemo esset, qui eas reædificaret, cap. fundamenta. §. digne, de elect. in 6. in illis uerbis. nunquid obduxit obliuio: quæ urbi, quæ incolis nota dispendia intulerunt hactenus peregrina regimina? nunquid non hæc destructio mœnium: deformatio proueniens ex ruinis luce clarius manifestãt? nunquid non hæc ipsa ueneranda Dei templa præsidentis manu sacrilega diebus nostris nepharie uiolata proclamant? latè & eleganter de his incommodis Cosm. Guymier in Prag. Sanct. in proœm. §. nam ecclesiarú, in uerbo, resident, & in uerbo, nõ agnoscunt.

17 *Quæ incõmoda† Ecclesia maximè deplorabat & subditi, dicentes, facti sumus absq; patre, Deo pro peccatis nostris offenso: matres uerò nostræ ecclesiæ, quasi uiduæ, quasi uix habentes uerum cultorem, ut ele-*

gantiss. scripsit Aluar. Pelaius Episcopus Siluen. de planct. Eccles. lib. 2. c. 8. ubi ponit de residentia

18 prælatorum. deplorabant † etiam sancti patres Concilio Tridentino celebrando interessentes, in c. 1. sess. 6. decret. de reformat. De quo dicebat diuus Ambro. ad palatium Imperatoris irem libenter, si hoc congrueret sacerdotis officio, cap. cõuenior, ubi habetur ad literã,

19 23. q. 8. Nec illud mirum erat, cum sint † dolenda incõmoda ecclesiæ, ut posuit Cosm. ubi supra in proœm. §. sed proh dolor, ut etiam scripsit Episcop. Siluẽs. in dicto tractatu, de planct. Eccles. in præfatione.

Posteaquam Episcopus in diocœsi propria residet, (quod est necessarium, ut supra dixi, quia ubi colli-

20 git temporalia, † debet etiam spiritualia seminare, c. cum ex officii. extra de præscriptioni.) oues suas cognoscet, & earum curam ac solicitudinem habere poterit, pascendo, extrauag. 1. de maior. & obedient. in com. & suo tempore uerberando, clem. 1. de offic. ordin. cũ similib. infra citandis.

CONSIDERATIO TERTIA

SVMMARIA.

1 Prælatus attendere debet ad uitam subditarum ouium.

2 *Quibus modis quis dicatur pater.*
3 *Prælati debent debent diligenter curare gregem commissum.*
4 *Non dicitur filios suos amare, qui illos non corrigit*
5 *Prælati uicia subditorum non corrigentes, pœnam patiuntur in corpus, & in animam.*
6 *Dissimulatio in Prælato est peccatum mortale.*
7 *Nomen Episcopi significat speculatorem.*
8 *Episcopus debet ponere animam suam pro defensione ouium suarum.*
9 *Prælatus debet mortem subire, vbi fides ecclesiæ impugnatur.*
10 *Melius est pro veritate pati supplicium, quàm pro dissimulatione beneficium.*
11 *Episcopus habet nomen oneris, potiusquàm honoris.*
12 *Antiqui sancti patres ab onere episcopali fugiebant.*
13 *Dictum beati Gregor. de onere episcopali.*
14 *Non sufficit, ut singulis diebus Prælatus Deo sacrificia offerat. &c.*
15 *Duo coniuncta requiruntur in pastore, sanctitas propriæ uitæ, & commissarum ouium cura.*
16 *Episcopus ostendat se pastorem, non percussorem.*
17 *Prælatus debet exercere munus prædicandi.*
18 *Concil. Trident. excitauit necessitatem prædicandi in Prælatis.*
19 *Onus prædicandi proprium est eorum, qui curam animarum habere dicuntur.*
20 *De officio optimi prædicatoris.*
21 *Prælatus debet subditos arguere, increpare in omni bonitate, ac patientia.*
22 *Secundùm delicti grauitatem episcopus se geret.*
23 *Ad Episcopum spectat subditorum excessus & vicia castigare.*

42 *Loca loquentia de commutationibus ultimarum volun tatum.*
43 *Verba ista, summariè, et extraiudicialiter, quid importent.*
44 *Commutatio vltimarum voluntatum iustam ac necessariam causam habere debet.*
45 *Miserabiles personæ quot modis dicantur.*
46 *Prælati debẽt habere curam miserabilium personarũ.*
47 *Gloria Episcopi est pauperum cura.*
48 *Quomodò cura pauperum habeatur.*
49 *Vbi leo tenet pedem, cætera animalia quiescunt.*
50 *Vsurario manifesto denegatur ecclesiastica sepultura.*
51 *An valeat testamentum vsurarij, si reliquerit procuratorem ad cautionem præstandam secundùm formam, cap. quanquam, de vsur. in 6.*
52 *Quãdo annulatur actus sub conditione, nisi aliquid interuenerit, sufficit illud interuenire etiam post actum, si lex annullans nõ expressit quod interueniret in actu.*
53 *Cadauer pro debito non potest detineri, ne sepeliatur.*
54 *Cadauer vsurarij potest detineri pro debito, ne sepeliatur.*
55 *Vsurarij manifesti qui dicantur.*
56 *Vsurarios persequi debet ecclesiæ prælatus.*
57 *Qua ratione sint prohibitæ vsuræ.*
58 *Quo iure sint prohibitæ vsuræ.*
59 *Vsurarij possunt criminaliter ab Episcopo castigari.*
60 *De vsuris remissiuè.*
61 *Prælatus attendat ad sanctimoniales.*
62 *Quicunque coegerit puellam ad suscipiẽdum habitum cuiuscunque religionis, est anathema.*
63 *Abbatissa debet esse nata quadraginta annos.*
64 *Monasteria monialium immediatè sanctæ sedi Apostolicæ,*

stolicæ subiecta, ab Episcopo omninò gubernari debent, ex sacros. Concil. Trident.

65 *Prælati curare debent, ut ecclesiæ, vel clerici à laicis non opprimantur.*

66 *Prælatus debet curare, vt decimæ soluantur.*

67 *Incommoda quæ sequuntur ex eo quòd decimæ non soluuntur.*

68 *Pastores, & Prædicatores tenentur in suis prædicationibus hortari populum ad decimas soluendas.*

69 *De decimis remissiuè.*

70 *Indulgentiæ non sunt pronunciandæ ad quæstum.*

71 *Quomodò indulgentiæ pronunciari debeant.*

72 *Prælatus non debet pati religiosos testamentorum confectionibus interessentes retrahere testatorem à debitis restitutionibus, vel legatis matricibus ecclesiis faciendis.*

73 *Electio Episcopi docti est vtilissima.*

74 *Nihil est quod ecclesiæ Dei magis officiat, quàm quòd indignus assumatur Prælatus ad regimē animarū.*

75 *Scientia inflat, charitas autem ædificat.*

76 *Solicitudo temporalium suffocat spiritualia.*

77 *Prælati eo modo vigilent, quo pastoribus conuenit vigilare.*

78 *Prælati debent obseruare decreta sacros. Concil. Trid. & sanct. Conciliorum.*



ERTIA *consideratio elegans hæc fuit, ut posteaquam prælatus, uel alius curam animarum habens, in propria ecclesia resederit, non solum ad uitam suam attendat, ut sit bonus.*

bonus, iustus, moderatus, irreprehensibilis, ut supra-
1 *dixi, sed etiam ad uitam filiorum † & subditarum ouium, nam & ipse pater est, & subditi filii, cùm pater multipliciter dicatur, doctrina, senectute, unde & sanctos patres uocamus, & superiores patres nuncupantur, cap. 2. extra de uerb. sign. addit alios modos,*
2 *quibus quis † dicitur pater, Archidiac. in cap. praesens, 20. q. 3. Quid nonne sufficeret, ut in se sanctus esset & iustus, qui animarum curae deseruit? quin & de eis rationem reddere debet, ac earum uitam, ac mores perscrutari, ac corrigere? Non certè. Licèt enim Heli summus sacerdos in se bonus eßet & iustus: quia tamen filiorum uicia efficaciter non correxit, & in se pariter, & in illis animaduersionis uindictam accepit: dum filiis eius in bello peremptis, ipse sella corruens fractis ceruicibus expirauit, habetur in cap. licèt Heli, extra de simon. ubi praelati monentur, & hortantur*
3 *tanto diligentius † subditorum curam, ac sollicitudinem gerere, quanto segnius ipsi uiuerent eis non curan-*
4 *tibus. Neque enim dicitur † filios suos amare, qui illos non corrigit, & illa non est charitas, sed languor, ut inquit diuus Augustin. reaßumptum in cap. non putes, 23. q. 5. ponitur in cap. rex debet, ead. caus. & quaest. Maximè cum praelati, si aliqui reperiun-*

tur, uitia subditorum nō corrigentes, pœnam patian-
5 *tur in corpus, † & in animam, ut dixit Felin. in d. c. licet Heli, remittens ad cap. Ephesiis, 43. distin. & cap. irrefragabili, extra. de offic. ordin. quoniam dis-*
6 *simulatio in prælato est peccatum † mortale, glos. pen. in cap. clericis, de immunit. eccles. in 6. quæ citat etiam dicta iura, & est elegantissima, facit extrauag. & si deceat, de maior. & obed. in com. & cap. qui nec regiminis, 2. q. 7. cuius uerba hæc sunt: qui nec regiminis in se rationem habuit, nec sua delicta detersit, nec filiorum crimen correxit, canis impudicus dicendus est, magisquam Episcopus. Hoc etiam significat no-*
7 *men Episcopi, † quod nomē græcum, latinè speculatorem significat, ideò sic dictū, quia speculetur, & prospiciat populorū, & infra se positorum mores, ac uitam, cap. cleros, uers. episcopi, 21. dist. c. qui episcopatum. 8.*
8 *q. 1. Quamobrem debet Episcopus ponere † animam suam pro defensione ecclesiæ & ouium suarum, cap. suggestum, cum duob. seqq. 7. q. 1. cap. nisi cum pridem, extra de renunciat. exēplo beati Ambrosii, qui Theodosium Imperatorem excommunicans, ab ecclesia exclusit, c. duo sunt, 96. dist. paratusque fuit pro altaribus immolare, cap. conuenior, 23. q. 8. ubi not. quòd*
9 *Prælatus debet mortem † subire, non solùm ubi fides*

ecclesiæ impugnatur, sed etiã si sibi res ecclesiæ auferũ
tur, exemplo beati Thom. Cantuarien. Archiep. qui
pro defendendis rebus ecclesiæ, & subditis suis, marty-
rium suscipere uoluit, cap. sicut dignum. §. illi autem,
extra de homicid. quod intellige ut Innocent. & DD.
declarant in d. cap. nisi cum pridem. Quoniam melius
10 † est pro ueritate pati supplicium, quàm pro dißimu
latione beneficium, cap. nemo peritorum, 11. quæst. 3.
11 Potius igitur nomen Episcopi † est nomen oneris &
operis, quam honoris, d. cap. qui episcopatum. Vnde
Petrus ad Clemẽtem. Clemens: si tanquam omnibus
præeße uolueris, singulos prout potueris adiuua, sin-
gulos releua, quia & singulorum onus & sollicitudi-
nem portas, cap. Clemens, 8. q. 1. Hac de causa an-
12 tiqui sancti † Patres maximè ab hoc onere et regimi-
ne fugiebant, unde Aron (& alii de quibus Aluar.
Pelaius de planct. eccles. lib. 2. cap. 10.) qui fuit uir-
tutibus plenus, & castitatis summus amator, peri-
tus in scripturis, cum ab Archiepiscopo Alexan-
driæ cogeretur ad episcopatum, & ipse nollet dimitte-
re uitam, quam in heremo transigebat, accepto forci-
pe abscidit sibi sinistram auriculam: dicens coram po-
pulo: uel nunc certi estote, quia impoßibile est me fie-
ri poße episcopũ. Cum autẽ cogeretur amplius adhuc

 ad

ad episcopatum, dixit: si me cogetis amplius, etiam linguã meam, propter quam molesti estis mihi abscin
13 dam. De hoc etiã onere † episcopatus dicebat diuus Gregor. quòd me ad episcopatus ordinem cognoscitis peruenisse: si me diligitis, plangite, quod ego incessanter defleo, atq; ut pro me Deum exoretis, rogo. Et alibĩ lamentando de statu curam habente. Mæror quem quotidie patior, & semper mihi per usum uetus est, & semper per augmentum nouus: infelix quippe animus meus, occupationis suæ pulsatus uulnere: meminit qualis in monasterio fuerit: quomodò ei labentia cuncta suberant: quantum rebus omnibus, quæ uoluuntur eminebat. Et infra. At nunc ex occasione curæ pastoralis, sæcularium hominum negotia patitur, & post tam quietam, & pudicam quietis suæ speciem, terreni actus puluere fœdatur.

14 Non ergo satis erit, ut singulis † diebus Prælatus Deo sacrificia offerat, per totum quasi diem in oratione permaneat, c. fratrem nostrum, 86. distin. ut aliqui faciunt, qui quidem quoad seipsos sanctè quidem uiuunt, ac exemplum subditis præbent, quinimò neceße sunt duo coniuncta, ut Prælatus sit in
15 se irreprehensibilis, † & oues commissas curet, earũ uitam, ac mores speculando, ut hodie & semper prudentes

dentes Prælati fecerunt. Quæ quidem in Illustriss. Domino meo Cardinali Paleoto inter alios multos, reperiuntur, is enim quoàd se ipsum sobriè ac honestè uiuit, populum etiã suum corrigit, castigat, reprehendit, atq; reformat, ut opera ad oculum ostenderunt, quæ in nobili Bononiensi ciuitate reperiuntur, adeò ut nihil remaneat reformandum.

Huc spectat quod dixit Christus: pasce oues meas, c. pasce, 86. dist: cap. in scripturis, 8. q. 1. in quo
16 *Episcopus pastorem, non percußorem † se ostendere debet, atq; oues gubernare, non ut illis dominetur, sed eas tanquam filias diligat, cap. mali sunt, 23 q. 4. & sanctißimè hortatur sacrum Concilium Trident. in c. eadem sacrosancta, sess. 13. decret. de reformat. Illud enim Prælatum scire necesse est, non admitti pastoris excusationem, si lupus comedit oues, & pastor nescit: quemadmodum ipse non excusabitur, si mercenariorum more oues deserat, quinimò earum sanguis de manibus eius à supremo iudice requirendus est, c. 1. sess. 13. decret. de reformat. in Trid. Concil. sanè prædicationis munus, quod est proprium episco-*
17 *porum, eum † exercere necesse est, ut oues pascat, eleganter Cardinal. Reginal. Polus, de reformat. Angliæ, decret. 4. Is autem quomodò docere de-*

beat

beat sanctiss. diuus Gregor. in bacul. pastoral. in 2. part. cap. 23. (nam & episcopi uicarii Apostolorum dicuntur, cap. quorum uices, 58. distin.) ut ex-
18 *presse mandauit sacrum Tridentinum † Concilium, & necessitatem excitauit, in c. 2. decret. de reformat. sess. 5. & c. 4. eod. decret. sess. 24. eis qui non fuerint legitime impediti: cum hoc officium prædicandi pro-*
19 *prie † sit eorum, qui curam animarum habere dicuntur, in cap. inter cætera, extra de offic. ordin. ubi Panorm. & Felin. per clem. dudum, de sepultur. Cosm. Guymier in d. Prag. Sanct. tit. de conclus. eccles. Gallican. §. ea propter, in uerbo, sacerdotes. Ne alias si prædicatione, per quam uerba Dei declarantur, non pascerentur oues, dici posset: paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. De huius boni*
20 *prædicatoris † officio agitur in c. sit rector, 43. dist. ubi Præposit. & in baculo pastoral. beati Gregor. par. 3. c. 60. cum seqq. in glos. in c. 1. §. quibus etiã, de priuileg. in 6. & de eiusdem peccato si taceat, & dissimulet, in c. 1. 43. dist. Cosm. in Prag. Sanct. eod. tit. §. nos igitur, in uerbo, libere, ubi diuinitus loquitur.*

21 *His consequens est debere Prælatũ subditos † arguere, increpare in omni bonitate, ac patientia: cũ sæpe erga corrigẽdos plus agat beneuolentia, quàm austeri-*

cas.c. 1. de reformat. sess. 13. in Concil. Triden. latè Pelaius, de planct. eccles. lib. 2. c. 71. ubi etiam ponit octo impedientia debitam disciplinam & correctionẽ, inter quæ primum nominat indiscretam humilitatem. Ne aliàs si plusquam exegerit Prælatus ferrum impresserit, perimat, cui prodesse desiderabat, elegantiss. de hac increpatione, & correctione beatus Gregor. in suo bacul. pastor. in 2. parte, cap. 21.

22 Enimuerò si delictorũ grauitas talis † sit, ut castigatione, & uirga indigeat, tunc temporis, cum mansuetudine rigor, & cum lenitate seueritas adhibenda est ab eo, d.c. 1 §. si autem. Huc pertinet, c. cum nõ ab homine, de iudic. ex. c. disciplina. c. uera iustitia, c. recedite, 45. distin. clem. 1. de offic. ordin. Ad quem
23 propriè spectat subditorum excessus, † ac uicia castigare, ac delicta punire, c. ecclesiarũ prælati, sess. 6. decret. de reformat. in Concil. Trident. Quò spectãt c. conquerente, extra de offic. ordin. c. cum uenerabilis, ex. de censib. c. inter cætera, ext. de offic. ordin. c. licet Heli, ex. de simon. c. non est, de consuet. in 6. clem. 1. de offic. ordin. Illud uerò certum est, melius
24 esse † Prælatum argui posse de misericordia, quàm de rigore, c. alligant, 26, q. 7. Grammat. in decis. Reg. Neapol. decis. 94. num. 2. cum seqq.

Sane

Sanè ad peccata publica maximè attendendum, ex quibus malum exemplum populo causatur, & ideò etiam publicè corrigenda, secundùm beatum Paulum, in c. Apostolus monet, sess. 24. decret. de reformat. in sacro Triden. Concil. Ad quæ peccata maximè aduertunt Christiani, ac ueri Episcopi, ac maxima diligentia, non habentes ante oculos potentiam eadem cõmittentium, aduertit Illustrißimus Dominus meus Cardinalis Paleotus in suo episcopatu Bononiensi, ut fama publica uolat, & facta docent: aliàs enim peccata durarent per multos annos diabolicè, peccare enim humanum est, sed diabolicum perseuerare, glos. in l. consentaneum, C. quomod. & quand. iud. l. alia causa, ubi Bart. qui ita sumat legem, C. de his quib. ut indig.

Idem dicendum de ouium, ac ecclesiarũ uisitatio-
25 ne, quæ ab Episcopo † omninò fieri debet, c. inter cætera, ubi Panor. & Felin. qui loquitur moralißimè, extra de offic. ordin. ponit Francisc. Pauin. in lib. uisitat. relatus etiam à Felin. ubi supra, tradit elegantia Cardin. Reginald. Polus, de reformat. Angliæ, tit. de uisitat. eccles. decret. 12. non obstantibus consuetudinibus quibuscunq;, in c. quæ aliàs, in c. episcopi, sess. 24. de reformat. in Concil. Triden. c. 3. ead. sess.

Imò

26 *Imò & aliàs exemptorum † locorū (quod magis est) uisitatio eidem conceditur, tanquam Apostolicæ sedis delegato, cap. episcopi etiam, sess. 22. eod. de reformat. dummodò talia loca non sint sub immediata*
27 *† regum protectione, ut ibidem dicitur. Quæ omnia de uisitatione dicta spectant cap. 1. & ibi Doctores maximè §. deinde, ubi Geminian. qui agit de officio*
28 *† uisitatoris, de censib. in 6. cap. fœlicis, cap. perpetuo, in 6. eod. cap. ut iuxta, cap. conquerente, extra de offic. ordin. cap. cum ex officii, extra de præscrip. clem. ad nostrum, de censib. extrauag. uas electionis Paulus, de censib. in com. ubi est materia cumulata à Benedicto* XII. *loquente in specie, de Regno Maioricarum, Aragoniæ, & aliis, ac diffusè taxante subsidia uisitantibus danda. uidenda, cap. quæcunque, sess. 21. decret. de reformat. in Concil. Trident. & cap. omnes, sess. 14. eod. decret. In quibus locis omnibus latissimè ponuntur, quæ ad uisitationē pertinent omnium quorumcunq; locorum, tàm exemptorum, quàm non exemptorum.*

29 *Hæc uisitatio fieri † debet ab ipsismet Episcopis personaliter, nisi habuerint priuilegium uisitandi per alios, dicto extrauag. uas electionis §. statuimus si*
30 *dicti uisitatores, eo autem casu mittendi † sunt uisita-*

tores periti, ac idonei, quoniam aliàs Episcopi tenerentur ad ea, quæ malè facerent missi uisitatores, debuerunt enim idoneos mittere, Dominicus in cap. si Episcopus, de offic. ordinar. in 6. Felin. in cap. nulli, nu. 1. extra de accusation. ponens idem esse, si improbos familiares habuerint. ex Anan. in rubric. de cler. uenat. Quamuis in eò quod dictum est teneri Episcopos per se ipsos, & non per alium uisitare, sacrum Concil. Tridentinum uideatur eorum requirere arbitrium, in cap. Patriarchæ, sess. 24. decret. de reformat. ibi, per se ipsos, aut si legitimè impediti fuerint, per suum generalem uicarium, intelligendo ut legitimè arbitrentur.

31 *Ex ea uisitatione multa † commoda, ac quam plures utilitates nascuntur: quoniam ecclesiæ, & domus dignitatibus assignatæ reficiuntur, ac reparãtur, in quibus tenentur habitare habentes illas dignitates, ut illas cum opus fuerit reficiant., l. nulli, C. de offic.*
32 *rector. prouinc. ubi Bart. Item † ecclesiæ reficiuntur: in quarum reparationem, & refectionem dixit Bart. in l. ult. D. de oper. public. (ubi nihil aliud dixit) posse Episcopum conuertere pecuniam relictam ad ecclesiam de nouo ædificandam: argumento eius quod dicitur in ea lege, posse rectorem prouinciæ conuertere*

pecu-

pecuniã relictam ad ædificationẽ alicuius operis publici, in refectionẽ operis ueteris, si necessitas reficiendi urgeat. Quemadmodũ dictũ est à Cosm. in Prag. Sanc. cap. licèt. §. quod si quis, tit. de elect. in uerbo, fabricæ, posse Episcopum relicta †
33 *pauperibus in genere, applicare fabricæ, & reparationi ecclesiæ pauperis, & refectione indigentis: ex Ioan. And. in cap. fin. de test. in 6. & Bart. in l. si quis ad declinandam, C. de episcop. & cleric. Cultus diuinus etiam per uisitationem augetur, qui fortè antea tantus non erat in*
34 *parochiis, & ecclesiis: ad quem* † *cultum diuinum quæcunq; in diocæsi spectantia debere episcopum procurare & attendere iubet sacrum Concil. Trident. in cap. quæcunque, sess. 21. decret. de reformat. Delicta subditorum puniuntur (nam inter illa duodecim mundi abusiua, quæ recenset Pelaius de planct. eccles. primum ponitur de Episcopo negligente, quem dixit Ias. in l. eum qui res, nu. 5. C. de procurator. posse deponi à prælatura, per ea quæ ipse citat; & inter sexaginta duo, in quibus episcopi possunt excedere, ponitur episcopus non castigans, lib. 2. de planct. eccles. cap. 20.) Deniq; quod maius est animæ multorum subditorum reficiuntur per præsentiam pastorum, ac uisitationem, quas optimi, ac ueri Prælati maximè*

 curant,

curant, ac curare debent, cũ cunctis rebus preciosiores sint, l. sancimus, C. de sacrosan. eccle. ac sciant sanguinẽ earũ de eorũ manibus à supremo Iudice æterno requirendum, ut dixi supra ex sacro Tridentino Concilio.

Nunc ad aliud accedendum, quod à Prælato cu-
35 *randum maximè est, ut scilicet oppressos † redimat, & monasteria defendat, in princ. & cap. 1. 84. distin. docet Guliel. Rouille in tract. de iust. & iniust. cap. 6. ubi agit de Episcop. negligente. Pauperum hospita-*
36 *lia, etiam si exempta, † fideliter ab administratoribus gubernari attendat, cap. curent ordinarii, sess. 7. decret. de reformat. in Concil. Trident. (hi autem ho-*
37 *spitalium administratores, in quibus † excedant, tradit Martin. ab Azpilcueta, in manuali, cap. 25. §. 12.) quo pertinet clem. quia contingit, ubi Card. Zabarell. de relig. domib. l. orphanotrophos, C. de episcop. & cleric. cap. de xenodochiis, cap. ad hæc, extra de religios. domib.*

38 *Iam pias dispositiones † ad executionem perduci, Prælato curæ esse debet, cap. episcopi etiam, sess. 22. in sacro Trident. Concil. tradit latè Bertachin. de Episcop. part. 6. Si enim ad hoc non aduertatur, dispositiones defunctorum deuoluuntur de manu in manum inter hæredes hæredum, maximè cum sæpe-*

numerò

numerò sint ad exonerandam conscientiam defuncti,
39 *ad quam exonerandam hæres † tenetur, cap. ultim. de sepult. extra. Petr. Rebuff. in suo tract. de decim. q. 10. num 26. Huc trahitur cap. tua, cap. Ioannes, cap. nos quidem, cap. si hæredes, cap. requisisti, extra de testam. ubi post ueteres eleganter Didacus Couar. Eodem spectant tradita per Doctores in l. nulli, in l. id quod pauperibus, C. de episcop. & cler. Durand. in suo speculo, tit. de instrument. edition. §. nunc uerò aliqua, per tot. Quid quod, piarum dispositionum priuilegia ad unguem obseruari, de qui-*
40 *bus † multa scripsit post Ludouic. Roman. in Auth. similiter, C. ad l. falcid. Andr. Tiraquell. in tract. de priuileg. piæ causæ, per tot.*

Enimuerò poterit ecclesiarũ Prælatus, tanquàm Apostolicæ sedis delegatus (Episcopus nempe, nam de eo loquimur regulariter de Prælato loquendo) te-
41 *statoris dispositionis commutandæ † literas examinare, an sint surreptitiæ, uel obreptitiæ, quæ uicia declarat Panor. in cap. cùm dilecta, extra de rescript. & ibi Felin. num. 2. qui ponit differentiam inter eadem: idem Felin. in cap. ad audientiam, 1. nu. 2. & in cap. ad audientiam, 2. num. mihi 17. cum seqq extra de rescript. Illud principale probatur per cap. in commutatio.*

mutationibus, sess. 22. decret. de reformat. in sacro
42 *Trident. Concil. Accedant elegantes leges, † de commutatione ultimarum uoluntatum in simili loquentes: l. legatum, D. de usufruct. legat. lex legatum, D. de admin. rer. ad ciuit. pertinent. & quæ ibi Bart. & Lancelot. ea quæ tradunt Doctores in d. clem. quia contingit, quæ scripsit Didacus Couarru. Hispan. Præfect. Prætorio totius status sacræ, ac catholicæ Maiestatis, inquisitor maximus, & episcopus dignissimus, lib. 3. uar. resolut. cap. 6. quæ docuit eleganter Fernand. Vasq. lib. 1. de success. creat. §. 7. num. 21. qui citat Palat. Ruuios, Rochum, Bertachin. & alios Doctores ad propositum nostrum. Videndus Dominicus in cap. ab exordio, in fin. 36. distin. & & Felin. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ, extra de constitut. nu. mihi 86. Sanè illud de literarum examine cognoscet episcopus summariè, & de plano & extraiudicialiter, dicto cap. in commutationibus: quæ*
43 *uerba quid † importent declarat Zabarel. in clem. sæpe, de uerb. signific. in clem. Dispendiosam, de iudic. Lanfranc. de Oriano in d. clem. sæpe, latißimè Robert. Marant. in suo speculo, in 9. distin. iudicior. Quæ tamen omnia de commutationibus dicta,*
44 *iustam, ac neceßariam causam habere debent, † cuius*

cogni-

tio pertinet ad Rom. Pontificem, DD. in l. id quod pauperibus, C. de episcop. & cleric.

Nunc pro pauperibus loquamur, & omnibus miserabilibus personis, pupillis, & uiduis: nam qua-
45 tuor modis dicuntur miserabiles † personæ, ut ex Panor. dixi supra, & tradit Ioan. de Neuisan. in sua sylua ex uariis DD. elegantissimè Petrus Rebuf. in constit. Parisiensib. tract. de senten. prouis. glos. ultim. ibi, les autres ordenances, quoniam latè ponit totam materiam, & 16. prærogatiuas miserabilium personarum. Harum omnium personarum maxima
46 † cura habenda est, cũ id proprium sit munus episcopi: ut sanctè dixit Imp. Valentinian. in l. 1. C. de episcop. audient. ibi, Christiani quibus uerus cultus est iuuare pauperes, & positos in necessitate prouideant Episcopi, cap. fratrem nostrum, 86. distin. ubi ponuntur hæc diuina uerba beati Gregorii. Fratrem nostrum Marianum Episcopum uerbis quibus uales excita: quia eum obdormisse suspicor. Dic ergo illi, ut cum loco & mentẽ mutet: nec sibi credat solam lectionem & orationẽ sufficere, ut remotus nihil studeat de manu fructificare: sed largã manum habeat: necessitatẽ patientibus succurrat: alienam inopiam suam credat: quia si hoc non habet: uacuum nomen episcopi

tenet

tenet cap. gloria., 12. q. 2. ubi dicitur gloriam episco-
47 *pi eße pauperum † curam, cap. 1. seß. 25. decret. de reformat. in Concil. Trident. Cura autem pauperum*
48 *† habebitur, si benè tractari curentur, si eosdem non opprimi toleretur, si eorum priuilegia (quæ iam ego supra retuli) ad unguem obseruari curentur, si eorum hospitalia uisitentur, si annonæ aliquando pretium taxari curetur, ut tanto pretio non uendatur (quod aliquando fit ob tyrannidem aliquorum, qui sanguine pauperum ditari cupiunt: solet enim uulgo dici, ubi*
49 *leo † tenet pedem, cætera animalia quiescunt, Capyc. in Sac. decis. decis. 27. num. 35. Matth. de Afflict. qui multa ponit de potentibus cōtra pauperes, in trac. de iur. prothom. §. 5. num. mihi 4.) Illuc tendit glos. in d. l. prima. C. de episcop. audient. quod pulcherrimè Couar. scripsit lib. 3. uar. resolut. cap. 14. & lib. 2. cap. 3. num. 5. ad l. inuitum. C. de contrahen. empt. & ad l. nec emere. C. de iur. de liber. Si elemosynis adiuuentur, quas quidem publicè & palàm à prælato fieri debere, scripsit Præposit. in cap. quatuor, 12. q. 2. eisq; arctius eundem constringi dixit Dominic. de Soto, de iust. & iur. lib. 10. q. 4. artic. 3. quem patrem pauperum ipse paulò ante uocauerat. Quæ quidem omnia ideò dicta sunt, non quod uelim ego asserere*

rere à Prælatis non custodiri (quod absit) nam ueri, ac iusti Prælati attendunt semper ad ea, quæ ad munus & onus suum spectant ad amußim adimplenda: sed ut magis incitentur ad officium suum probè exequendum, & si aliquis reperitur, qui in aliquibus negligens sit, admoneatur & hortetur: cum de omnibus ad suum munus spectantibus teneatur reddere rationem Deo Optimo Maximo.

Nunc contra usurarios: quibus, si sint manifesti,
50 ecclesiastica denegatur † sepultura, donec de usuris fuerit plenariè (prout patiuntur facultates eorũ) satisfactum, nec eorum ualet testamentũ, nisi præstita cautione, secundùm formam c. quamquam, de usur. in 6. ad quod eleganter Didac. Couar. lib. 3. uar. resolut. c. 3
51 Quo casu an ualeat, si procuratorem † reliquerint ad dictam cautionē præstandam, docet pulchrè Felin. in c. ad hæc, nu. 2. in principio, ext. de rescript. ubi concludit ex Cardinal. sufficere, si reliquerint procuratorem ad dictam cautionem præstandam post mortē; & ita publicè fuiße iudicatum Ferrariæ: quia quando anul-
52 latur actus † sub conditione, nisi aliquid interuenerit, sufficit illud interuenire etiam post actũ, si lex annullans nõ expreßit, quòd interueniret in actu, citat tex. glos. & Bart. in l. uniuersa, C. de precib. Imp. offerend.

docet etiam remißiuè Anton. Gabriel. lib. 4. tit. de testament. conclus.3. num. 2. in illo dictum est, quòd
53 quamuis † cadauer pro debito non poßit detineri ne sepeliatur, l. cum sit iniustũ, cum duab. Authenticis sequen. C. de sepulchr. uiolat. Rip. de peste, in 3. parte Couar. lib. 2. uariar. resolut. cap. 1. num 10. cum sequent. Anton. Gomes de qualit. contract. cap. 11. nu. 56. ubi dicit se ita practicasse contra Angel. de Perus. & Segur. tradit Roderic. Soarez in repet. l. post rem iudicatam, in 5. extens. D. de re iudicat. tamen si est corpus usurarii, bene potest impediri pro de-
54 bito, † ne sepeliatur, Thom. Grammat. in decis. Reg. Neap. decis. 82. nu. mihi 5. Quod nescio cur dictum sit, cum iam aliàs simpliciter habeamus cadaueri manifesti usurarii ecclesiasticã denegari sepulturam, d. cap. quamquam, nisi intelligeremus impediri etiam posse, ne sepeliatur extra ecclesiam, uel locum sacrum, de quo uide apud eundem Grammaticum. Qui autem
55 † dicantur usurarii manifesti, declarat eleganter glos. in c. 1. de usur. in 6. & nouißimè Anton. Gabriel. lib. 7. conclus. 20. num. 6. 7. & 8. qui citat multa.

Eos igitur usurarios, infames, uilißimos, & sanguinis proximi nunquam saturos, l. improbum fœnus, C. ex quibus caus. infam. Ecclesiæ Prælatus

maximè

56 *maximè persequi debet, ut munus suum rectè adimpleat, contra ipsos inquirendo ex officio, cap. cum in diocœsi, extra de usur docet latißimè, & eleganter Robertus Marant. in quinta disput. incipient. fiscales, ubi excellens doctor ad partes examinat, an usurarius manifestus possit criminaliter puniri, an contra eum procedi possit per inquisitionem, quid in iudice laico, quid in ecclesiastico, & multa bona adducit, sunt enim usurarii famæ, ac animæ suæ prodigi, humanæ carnis uoraces, ac impedientes publicam utilitatem, uel maximam præbentes occasionem, ut impediatur. Nam ea ratione dixerunt Innocent. & alii in rubric. extra de usur. prohibitas*
57 *† usuras, Hostiens. in cap. 1. eod. referente Catell. Cotta in memorabilib. in uerb. usuræ trientes, uersic. tertia ratio, ne scilicet earum dulcedine agrorum desererentur culturæ, quod esset omninò contra publicam utilitatem. Adeò enim sunt dulces usuræ,*
58 *ut si essent permissæ (quo autem iure † sint prohibitæ docet subtilissimus I. C. Decus Italiæ Hipp. Riminald. consil. 83. nume. 5. incip. Reuerendus Dominus Couar. Hispan. Iurisconn. lib. 3. resolut. cap. primo,) alia prætermitterentur. Quamobrem diuinitùs dixit Diuus Chrysost. super Matth. cap. 5.*

similis est pecunia usurarii morsui aspidis, percussus enim aspide, quasi delectatus uadit ad somnum, & per suauitatem soporis moritur: tunc uenenum lætaliter per omnia membra decurrit, sic qui sub usura accipit, sub temporis spatio beneficium accipit, & sentit, ac dulcedine delectatur: sed usura per omnes eius facultates conuertitur in debitum. Quibus accedit in simili Baldi dictum de usurarum dulcedine, in cap. 1. §. similiter, de controuer. inuestit. dum ait: laici maximè fauent usurariis quia eorum dulci facinore mundus sustentatur, reassumit Alexander in consil. 107. pro inuestigatione, colum. 3. uersic. 3. lib. 2.

Nec dubito de animaduersione criminali aduersus eosdem usurarios: existimo enim castigari posse
56 *ab Episcopo † criminaliter, quemadmodum existimauit Socin. consil. 290. Dec. consil. 170. Grat. 39. & alii relati per Anton. Gabriel. ubi supra. 3. qui id ex proposito assumit, & dicit hanc partem esse magis communem. Videndus omnino Robert. Marant. ubi supra, qui ponit an etiam pecunialiter puniri possint. Atque satis de his, neque .n. est in animo agere de usuris: siquis uoluerit uidere, accedat post ueteres ad Couar. Domin. de Soto,*

& alios

& alios. Clerici autem usurarii si reperiantur, quomodò ueniant priuandi ab officio & beneficiis, docet Couar. lib. 3. uariar. resolut. cap. 3 nu. mihi 5.

61 Quod pertinet ad † sanctimoniales, maximè ab Episcopo attendendum. quemadmodū iubet sacrū Concil. Trident. in quo dispositum est debere diligenter curare episcopum, uel alios superiores, ut sanctimoniales in earum constitutionibus admoneantur, ut saltem semel singulis mēsibus confessionem peccatorum faciant, & sanctam Eucharistiam suscipiant, in cap. attendant diligenter, sess. 25. de regular. & monialib. clausuram non uiolent, & si uiolata fuerit, ut diligenter restituatur: nec episcopo obstare possit, monasteria sibi subiecta non esse aliqua: quinimò subiectis & non subiectis clausuram restituere possit, uel inuiolatam iubere omninò custodiri, in illis tanquam ordinarius, in his uerò tanquam Apostolicæ sedis delegatus, cap. Bonifacii, sess. 25. in Sacro Trident. Concil. eod. Ex quo sequuta fuit renouatio capituli unici, quod incipit, periculoso, de stat. regular. in 6. ubi in §. fin. eadem potestas Episcopo data fuerat, tanquam Apostolicæ sedis delegato in monasteriis sibi non subiectis. In alio etiam uoluit sacrum Concil. Trident. prouidens libertati uirginum Deo dedicatarum, admonitum epi-

ſcopum: ut ſi puella, quæ habitum regularem ſuſcipere uoluerit, ſit maior duodecim annis, non ante eum ſuſcipiat, uel profeſſionem emittat, quàm ipſe explorauerit, uel ipſo impedito uicarius ipſius, eiuſdem uirginis uoluntatem, an coacta ſit, an ſeducta, an ſciat quid agat, & ſi uoluntas ipſius pia ac libera cognita fuerit, habueritq́ conditiones requiſitas, liberè profiteatur, in cap. libertati, ſeſſ. 25. eod. anathemati-
62 *zando † omnes quoſcunq; , & quacunq; præfulgeant dignitate, qui tales puellas inuitas coegerint ad ingrediendum monaſterium, uel habitum ſuſcipiendum cuiuſcunque religionis, cap. anathemati, ead. ſeſſ. præterquàm in caſibus à iure expreſſis, ut ibidem dicitur. Iam quoad earundem Abbatiſſam eligendam, Prioriſſam, uel quocunq; alio nomine præfectam appelles, ita conſtitutum eſt, ut non debeat eligi minor annis*
63 *† quadraginta, & quæ octo annis poſt expreſſam profeſſionem laudabiliter uixerit: qualis ſi in monaſterio non reperiatur, ex alio eiuſdem ordinis eligi poſſit, quod ſi incommodum fuerit, curabit ſuperior, ut una eligatur ex eodem monaſterio, quæ annum trigeſimum exceſſerit, & quinq; annis poſt profeſſionem rectè uixerit, in cap. Abbatiſſa, ſeſſ. 25. in eod.* Concil. *Ex quo fuit ſequuta immutatio capituli, indemnita-*

dignitatibus, de elect. in 6. quo iure Abbatissa in trigesimo anno creari poterat, ut posueramus supra de iudic. in 2. part. cum non adhuc animaduersa esset immutatio in sacro Tridentino Concilio facta. Denique
64 *monasteria † sanctimonialium immediatè sedi Apostolicæ subiecta, quomodocunque nuncupentur, decreuit idem sacrum Trident. Concil. ab Episcopo omninò gubernanda, non obstantibus quibuscunque, in cap. monasteria, sess. 25. de monialib. in qua sessione de aliis ad moniales pertinentibus agitur.*

Aliud nunc restat, quod ab Episcopo inter alia est animaduertendum, & est maximi momenti, ut
65 *scilicet clericos, uel ecclesias à laicis opprimi † non patiatur, clem. 1. de excessib. prælat. §. frequenter etiam: quoniam inde omnes afflictiones & mala proueniunt, cap. multi, 1. q. 1. Petr. Rebuff. in tract. de decim. q. 2. nu. 2. in fi. His consequens est, debere om-*
66 *ninò curare, † ut decimæ soluantur, cap. non sunt ferendi, decret. de reformation. sess. 25. in sacr. Triden. Concil. Quoniam ex non solutione infinita sequuntur*
67 *incommoda, quæ † omnia sigillatim elegantissimè Rebuff. refert in tract. de decim. q. ultim. Adeò quòd si decimas laici non soluerint, poterit Prælatus inuocare brachium sæculare, etiam si sanguinis effusio*

immineat, ut ibidem ponit Rebuff. ex Hostien. Ioan. And. & aliis Doctorib. quæ quidem decimæ sunt Iuris diuini, Hippol. Riminald. consil. 36. num 15. incipi. prætendunt Reuerendi, qui eleganter posuerat à laicis non posse præscribi, consil. 41. num. 12. incip. exorta fuit. Peccat enim mortaliter non soluens decimas, & est ipso iure excommunicatus, cap. canonica, 11. q. 3 cap. cum pro causa, ubi glos. extra de sent. excommunic. Et quod magis est, & ponit Rebuff. ex And. Hispano, ubi supra his uerbis: non soluentes decimas sunt filii perditionis, non obstante quacunque consuetudine, imò potius usurpatione, & uiolenta occupatione, sunt in statu damnationis, & eis participantes, consilium, auxilium, consensum, & defensionem, directè, uel indirectè, quòd non soluantur decimæ, uel primitiæ præbentes, ipsi omnes, & singuli sunt fures, & latrones bonorum Dei, & sanctorum deprædatores, & manifestè ecclesiæ Dei sacrilegi, & excommunicati, & ab omni oratione, indulgentia, missa, sacrificiis, & beneficiis ecclesiæ segregati: & si per se, uel hæredes suos non satisfaciant ante mortem, & restituant, eis non prodest ad salutem sacramentorum perceptio, aut sacerdotis absolutio, uel confessio, & cum Iuda proditore fiunt proditores, & fu-

res thesauri Dei, qui est decima: ac infideles ac ingrati sunt, & in inferno erunt perpetuò damnati. Ideò
68 *pastores, & prædicatores tenentur in suis † prædicationibus admonere, & hortari populum ad decimas soluendas, cap. 1. de decim. in 6. alioquin si illum retrahant, sunt excõmunicati, per Clem cupientes, de pœn. ubi eleganter Ioan. And. d. cap. non sunt ferendi, sess. 25. in sacro Trident. Concil. De quibus decimis post*
69 *ueteres posuerunt eleganter † Didac. Couar. lib. 1. uar. resolut. cap. 17. & Petr. Rebuff. in tract. de decim. ubi tradit quindecim pulchras quæstiones, & ita materiam resoluit.*

Sanè in hoc sollicitus esse debet ecclesiæ Prælatus, quod & antiqui sancti patres in ueteribus iuribus, & alii in sacro Tridentino Concilio maximè aduerterunt partim hortando, partim castigando; ne scilicèt reli-
0 *giosi, † aut alii quicunque clerici ad quæstum indulgentias, & indiscretè pronuncient, cum & aliàs maledictionis æternæ subiacent interminationi, eos enim excommunicauit, eisq́ maledixit Clemens Quintus: in clem. 1. §. quibus etiã, de priuileg ubi pulchrè Ioan. And. (indiscretas autem indulgentias, dixit glo. dici non concessas, in dicta clem. 1. §. quibus etiam, in uerbo, indiscretas) ponitur in cap. cum multa, sess. 21.*

decret.

decret. de reformat. in Concil. Trident. ubi praui quæstores omninò exterminantur. Nec illud mirum est, cum eo pacto censura uilescat ecclesiastica, & clauiũ ecclesiæ authoritas in contemptum ducatur, ut dicitur in clem. abusionibus. §. ad hæc, uersic. nos abusus, de pœnitent. & remiss. Neque tamen fraudari indulgentiis, aut priuari sacrum Concilium passum est Christi fideles: imò decreuit indulgentias per Ordinarios loco-
71 *rum, adhibitis † duobus de capitulo debitis temporibus populo publicari debere, in dicto cap. cum multa. De abusibus tamen pronunciantium indiscretas indulgentias tradit Panorm. in cap. cum ex eo, de pœnitent. extra, ubi est locus, & Cardinal. Zabarell. in dict. clem. abusionibus, ubi ponit multas quæstiones de indulgentiis, de quibus latè per Petrum de Rauenna, in compend. super titu. de pœnitent. extra, Fel. in sermone de indulgent. ubi ponit aliquas utiles quæstiones, latiss. Ludouic. Bolog. in tract. de indulgent.*

Aliud curæ esse debet, ne scilicet patiatur, si euenerit religiosos testamentorum confectionibus interessentes esse, retrahere testatorem (quod absit) à de-
72 *bitis † restitutionibus, uel legatis ecclesiis matricibus faciendis: & ita obseruabitur decretum à Clem. Quinto, in d. clem. 1. §. quibus etiam, ibi, ne ue cum testa-*

mentorum confectionibus interuenerint, à reſtitutionibus debitis, aut legatis matricibus eccleſiis faciendis retrahant teſtatores, de priuileg.

Planè de his omnibus ſupra & infra dictis, quòd hodiernis temporibus ſatis rectè obſeruentur, Chriſtiana Reſpub. maximè lætatur, quæ antea in magnis fluctibus poſita erat, proinde infinitas gratias Deo Opt. Maximo agit quòd inter alios ſanctiſsimos ac beatiſſimos paſtores Pium Quintum bonæ memoriæ, ac ſanctiſſimum Gregorium XIII. *Dominũ noſtrum miſerit, quem Deus Optimus Maximus conſeruet incolumem, eique præſtet auxilium ad Machinam ſuam Mundi rectè gubernandam, qui inter alios filium obedientiſsimum habere lætatur Philippum inuictiſsimum Catholicum Regem, qui paratus eſt, & gladio euaginato Eccleſiam catholicam defendit, ac quotidiè conatur excogitare, quod Chriſtianæ Reipub. ueniat in augmentum. O felix Hiſpania, quæ talem meruit habere Regem, O felix ſtatus eius, qui talem habere meruit dominum.*

Ex illis omnibus apparet, paſtoris, & epiſcopi
73 *docti electionem utiliſſimam † eſſe, quod tanta & tot intelligere ei neceſſe ſit: & dicat Domin. tu ſcientiam repuliſti, & ego te repellam, ne ſacerdotio fungaris mihi.*

mihi. Quamquam etsi desiderando sit eminens scientia in pastore (nihil enim est quod ecclesiæ Dei magis officiat, quàm quod indignus assumatur Prælatus
74 *† ad regimen animarum, cap. nihil, extra de elect. adeò quod ausa fuerit dicere glos. in l. qui cum uno, in uerb. temporalium, D. de re milit. Episcopum indignum decapitandum esse: ut scribit Felin. in cap. si quando, num. mihi 7. extra de rescript. post eum Petrus Rebuff. in Prax. benefic. ibi, pœn. cont. collat. indig. nu. mihi 16.) in eo tamen, si sit competens toleranda: dummodò charitas adsit: quia secundùm*
75 *Apostolum: scientia † inflat, charitas autem ædificat: & ideò imperfectionem scientiæ potest supplere perfectio charitatis. ut habetur ad literam, in cap. nisi cum pridem. §. tu enim inquit Dominus, extra de renunciat. Panorm. in cap. cum in cunctis, num. 4. extra de elect. Maximè cum optimi mores scientiæ præferantur, Cosm. Guymier, in Prag. Sanct. tit. de collation. §. cui rei, in uerbo, uirtuosis, qui citat in argumentum cap. sedulò, 38. dist. & l. magistros, C. de professorib. & medic. uidendus idem Cosm. in tit. de elect. cap. sicut. §. deinde, in uerbo, scientia, ubi loquitur de scientia Episcopi, & Abbatis. Docet etiam Panorm. in cap. cum in cunctis ordinibus, ex-*

tra de elect. ubi num. 4. querit de scientia requisita, tam in episcopo, quàm in aliis personis habentibus dignitates & beneficia ecclesiastica, ubi procedit distinguendo. Quædam enim est scientia eminens, quædam mediocris, quædam sufficiens. Eminens scientia dicitur illa, per quam quis scit difficillimas quæstiones explicare, & definire in promptu sine resolutione librorum, ut etiam docet Felin. in cap. per tuas, 1. extra de Simon. num. 2. & 3. mediocris uerò dicitur, per quam difficiles quæstiones deciduntur, cum resolutione tamen librorum. tandem illa dicitur sufficiens, quæ est legitimè requisita secundùm qualitatem officii, seu beneficii, unde quis dicitur habere sufficientem scientiam, quando sufficienter potest explicare ea quæ incumbunt officio suo. Quæ sufficientia consideratur boni uiri arbitrio, secundùm qualitatem loci, ubi quis uiuere debet & conuersari, & secundùm qualitatem officii sui. Ideò Panormit. concludit in summo Pont. requiri maiorem scientiam reliquis, cum sit præpositus curæ totius Christianitatis: in episcopo uero necessariam esse scientiam noui & ueteris testamenti, cum omni petenti teneatur de fide respondere, cap. qui Episcopus, 33. dist. cap. 1. & 2. 62. dist. Illud significat mitra,

quam

quam in capite portat, duo namque illius cornua sunt duo testamenta, anterius nouum, posterius uetus, quæ duo Episcopus scire debet, cap. Episcopus, 23. q. 1. & illis tanquam duplici cornu fidei inimicos ferire: & ita Episcopus uideri debet subditis cornutus, sicut & Moses de monte Synai descendens, & duas tabulas testimonii tenens apparebat cornutus filiis Israel, ut legitur Exod. 34. ut elegantiss. docet Giuliem. Durand. in suo Ration. diuin. offic. lib. 3. cap. de Mitra, quod est 13. numero mihi 2. Debet etiam Episcopus secundùm Hostiens. relatum à Panormit. ubi supra numero quarto habere scientiam Iuris Canonici, cum secundùm illam debeat iudicare, maximè in causis matrimonialibus, ut in cap. 1. de consang. & affinit. Enimuerò sæculares literæ legendæ sunt, ne ignorentur, cap. legimus, 37. dist. nec est peccatum sæcularibus literis erudiri, cap. qui de mensa, ead. dist. quoniam per illas sacræ scripturæ intelliguntur, cap. si quis artem, ead. dist. tamen illud prohibetur, ut scilicet die ac nocte legantur, hæc enim facientes, uanitate & obscuritate sensus ambulant, cap. nonne, 37. dist. Ideò Beatus Hieronymus fuit ab Angelo correptus, legebat enim Ciceronis libros, &

etiam

etiam Origenes Cimphes & ranas quibus Egyptii sunt percussi, uanam Dialecticorum garrulitatem, & Sophistica argumenta intelligit, quæ duo habentur ad literam in cap. quod legimus de beato Hieronymo, 37. dist. His consequens est debere curare Episcopum, ut magistri & Doctores congruis locis constituantur, in quibus necessitas occurrerit, qui studia literarum, liberaliumque artium dogmata assiduè doceant, cap. de quibusdam locis, 37. dist. habetur latius in cap. 1. sess. 5. decret. de reformat. in sacro Concil. Trident. ubi uoluit sacrum Concilium tales lectores ad legendi officium, tàm publicè, quàm priuatim non admittendos, quin prius ab Episcopo loci, de uita & moribus & scientia examinati ac approbati fuerint, quod non intelligitur de lectoribus in claustris monachorum, in d. cap. 1. §. in ecclesiis, uersic. in Gymnasiis etiam.

Hoc ultimum erit quod in hac nostra admonitione breui dicetur (longiora enim ex aliis sunt petenda) ut scilicet Prælati ecclesiarum temporalium
76 *sollicitudinem non gerentes, quæ spiritualia † suffocant, cap. hinc etenim, 49. dist. & à qua omnes ueri ac iusti clerici ac religiosi longè absunt, ut par est, & omnes esse debent, cap. cui portio, 12. quæst. 1.*

quod significat rasio coronæ, in cap. duo sunt genera Christianorum, 12. quæstione 1. eo modo uigilent,
77 *† quo pastoribus conuenit uigilare, cap. oportet, 81. dist. ut faciunt boni ac irreprehensibiles Prælati, cap. non sunt ferendi, sess. 25. decret. de reformat. in sac. Triden. Concil. ibi in illis uerbis: qui pro eis inuigilant. Ac sanctorum Conciliorum, ac Sacrosancti Concilii in Tridentina Ciuitate celebrati decreta, ad*
78 *unguem † obseruent, uel obseruari curent, cap. hæc omnia, tit. de regular. & monial. sess. 25. cap. tanta fuit, ead. sess. tit. de recipiend. & obseruand. decret. Concil. cap. insuper hortatur, sess. 25. decret. de indulgent. in sacro Triden. Concil. Quæ omnia facientes & ad amussim obseruantes Prælati, iusti nempe, ac irreprehēsibiles in seipsis existētes, in propria ecclesia, seu Diocæsi residentes, subditorum, ac commissi gregis curam ac sollicitudinem habentes, eorū uitā ac mores corrigendo, necessitatibus succurendo, afflictos releuando, esurientes pascendo, de eisdem parati reddere rationē, ueri Christi uestigiorum imitatores erunt, sine quo nihil boni fieri potest, imò oīa ad malū protrahuntur, ut supradixi ex diuo Paulo: aliàs uacuū nomen portarēt episcopum, d. cap. fratrē nostrū, 86. dist. quoniā non oēs episcopi sunt Episcopi, c. nō omnes, 2. q. 7.*

c. sequuti

c. sequuti sunt, ead. c. & q. & non omnis qui dicit pax uobis, quasi columba est audiendus, in c. non omnis qui dicit pax uobis, 2. q. 7. & non omnis qui dicit domine, domine, intrabit in Regnum Cælorum.

Hactenus de Prælato Ecclesiæ.

De Aduocato.

SVMMARIA.

1 *Optimus aduocatus qualis esse debeat in se.*
2 *Aduocatus debet gratis pauperibus patrocinari.*
3 *Aduocatus sit diligens in patrocinio.*
4 *Causam iniustam aduocatus defendendo, peccat mortaliter.*
5 *Doctor potest in foro conscientiæ consulere contrarium in eadem causa mutato facto, & ita fecit Bart. Socin. referente d. Decio, quamuis non careat magna voracitatis, et auaritiæ præsumptione; & ideò Soci. erubuit, dum Decium alloqueretur Bononiæ.*
6 *Tanquam à peste caueat aduocatus clientulo persuadere, vt respondens positionibus non confiteatur, vel falsa pro veris dicat.*
7 *Dolosus ad interesse tenetur.*
8 *Aduocatus quomodo salarium accipere possit*
9 *Imperitus peccat mortaliter accipiendo gradum doctoratus.*
10 *Episcopus Capuanus reuertentes ab studio cum suis magnis probatorijs doctoratus, faciebat iterũ examinari*
11 *Receptum est vt aduocatus salarium recipere possit.*
12 *Marcus Cicero nunquam voluit accipere salarium pro patrocinio.*

1 

VOAD uitæ integritatem † moresq́; laudabiles pertinet, eadem præcepta teneat, quæ supra in iudice, & prælato desideranda diximus, is qui patroni, & aduocati perfecti quoad se, nomen consequi desiderauerit: sed quæ ad eius militiam pertinent (nam militem eum creauit Imp. in l. aduocati, de aduocat. diuers. iudi.) hæc sunt: paupe-
2 *ribus † gratis patrocinium præstet, & eorum causas defendat, Alber. in l. 1. C. de suffrag. idem in l. necquicquam. §. fin. de offi. procon. Ias. in eadem. l. §. ubi decretum. Ripa in l. si constante, solut. mat. num. 35. Bald. in l. si furiosi, C. de nup. Ias. in §. tripli, de action. num. mihi 54. Domin. de Soto, de iust. & iur. lib. 5. q. 8. artic. 1. Panorm. in cap. 1. de offic. iudic. extra. Fernand. Vasq lib. 2. de success. creation.*
3 *§. 15. num. 128. Non sit † negligens in patrocinio, ne ex eius negligentia damnum parti inferatur, quemadmodum supra in iudice diximus, qui propter negligentiam potest ab officio remoueri, l. si quos, C. de offic. præfect. prætor. Orientis, ubi Bar. qui dicit. Nota & tene menti perpetuò. ibidem Salycet. Quò pertinet quod scripsit Longoual. in l. Imperium, q. ult. D. de iurisd. om. iud. Petrus Nunius de Aduendãno, lib. 1.*

de exequend. mand. Reg. cap. 5. num. 6. & cap. 4. num. 33. & seqq. Ias. in l. eum qui res, num. 2. & 3. C. de procur. Calumniam à se abiiciat, aliàs puniri potest, Felin. in c. accusasti, nu. 2. de accusat. ex Ant. de Butr. & aliis. Marant. in Speculo, in 6. part. de inquisitione, num. 182. ubi dixit tales aduocatos posse priuari ne postulent. Neuis. in sua sylua, lib. 5. dicens etiam aduocatum debere pauca allegare, & bona, & malos aduocatos mori sine lingua & loquela, referens illud Bust. in rosario, quod Paduæ uno anno fuerunt mortui septem aduocati, & omnes fuerunt inuenti sine lingua. Accedit his, non debere aliqua ra-
4 *tione aduocatum, causam † iniustam scienter defendere, aliàs mortaliter peccabit, ut concludit Dominic. de Soto, de iust. & iur. lib. 5. q. 8. artic. 3. ubi eleganter etiam ponit quid de causa ancipiti & dubia: quinimò si iniustã causam aduocatus insciens susceperit defendendam, uel aliàs consilium iniustum dederit, etiam si sit grauissimus & famæ eximiæ, debet*
5 *causam deserere, & consilium reuocare. Non † omittendo doctorem posse in eadem causa cõtrarium consulere in foro conscientiæ, facto mutato, quòd excusat multos doctores, qui uisi sunt contrarium consuluisse, & excusauit. dom. Bart. Socin. qui in ardua causa*

mutato

mutato facto contrarium consuluit, ut ponit Philip. Dec. in l. precibus, nu. 4. C. de impub. quantumuis hoc non desinat habere maximã præsumptionem auaritiæ, et uoracitatis, ut idem Dec. dicit. Quapropter Socin. erubuit de eodem, cum Decium Bononiæ alloqueretur. Ideò curãdum esset, ut facta ad amußim intelligerentur, quia eis in aliquo mutatis, ius mutatur, per ea quæ idem citat.

6 *Illud ab eodem † tanquam pestis fugiendum, persuadere clientulo, ut respondens positionibus, non confiteatur, uel falsa pro ueris dicat: aliàs de eo maximam uindictã Deus sumet, & in conscientiæ & animæ foro, ad interesse omnino tenebitur, & etiam in fo-*
7 *ro contentioso, cum omnino dolosus, † ad intereße teneatur, l. ult. C. de mag. conueniend. quæ loquitur in uotario doloso. ponit Tiraquell. caus. 44. nu. 28. Afflic. decis. 69. Eundem aduocatum dixere Felin. & Ant. de But. teneri in foro contentioso, & conscientiæ, si per eius iniustum consilium ex dolo, uel ex culpa pars succumbat, ille in c. pastoralis. §. quia uerò, de offic. deleg. nu mihi 22. & 23. hic in c. calumniam, de pæn. etiam si magna diligentia adhibita fuerit, uidendus Bar. in l. ex maleficiis. §. si iudex, de action. & oblig.*

Id

Id etiam maximè ab aduocato euitandum, ne partis secreta alteri parti reuelet, aliàs tanquam falsarius punietur. Bar. in l. 1. D. de præuaricator. Ang. in tractat. malefic. in uerbo, falsario, nu. mihi 49. & ibi August.

8 *Enimuerò quoad salarium ita constitutũ est, ut iustè, ac licitè illud recipere possit secundùm litis modũ, facundiam ipsius, foriq; consuetudinem, l. 1. §. in ho- honorariis D. de uar. & extraor. cognit. in causis autẽ criminalibus, an maius salarium debeatur, quàm in ciuilibus, docet Pinel. in l. 1. in 3. part. num. 62. uers. infertur, C. de bon. mater. Quibus consequens est aduocatum doctum, ac literis præditum esse debere, aliàs non posset aliqua ratione aduocati officium exercere, docet Bart. in l. 1. de postulan. Felin. in c. sciscitatus, num. 11. extra de rescrip. Iodoch. Damboud. in suo pulchro Pupil patrocin. c. 2. num. mihi 14. & 15. quamuis in iudice aliud toleretur, cum possit habere assessorem, ut ibidem Bart. dixit, ad l. certi iuris, C. de iudic. Nam illud quod supra diximus de Iudic. oportere scilicet iudicem esse doctum, ac iuris scientia præditum, est intelligendum, nisi habuerit assessorem. Nec minus doctoratus gradum assumere posset, uel*

9 *potuisset † si esset indoctus, & indignus, aliàs mor-*

taliter

taliter peccaret, Selua de benefic. in 3. par. q. 5. clem. 2. ubi glo. de magist. Neuis. in sua sylua, lib. 5. Martinus ab Azpilcueta, uulgò Nauarrus, in suo manual. tit. de magist. & doctor. c. 25. §. 7. Ideò rectè
10 *faciebat Episcopus † Capuanus, qui reuertentes ab studio, cum iam adepti essent gradum doctoratus, faciebat iterum examinari, & indoctos priuabat doctorea dignitate, ut ponit Nicol. de Neap. in l. sed etsi reprobari, de excusat. quem citat Felin. in d. c. sciscitatus, num. 10.*

Nec illud de accipiendo salario (ut ad illud redeamus) inhonestati tribuendũ est, cũ sit iure permissum,
11 *& † maximè consuetudine approbatum, l. 1. C. de suffrag. c. non licet, 11. q. 3. multa Durand. in Spec. tit. tit. de salar. Domin. de Soto, de iust. & iur. lib. 5. q. 8. artic. 4. Quinimò aduocatorum una de cautelis est, ut non credant promissionibus magnatum; dicuntur enim simplices homines qui credunt suasionibus, multos enim decepit, lo ben faremo, ut elegantissimè scribit ex Ioan. Andr. Bald. & aliis, Math. de Afflict. in tract. de iur. prothom. §. quinto, incip. prohibemus, num. mihi. 9.*

Illam consuetudinem rectè obseruant aduocati nostri temporis, & eam longo tempore præscripserunt,

licèt

licet legatur de aliis, qui ignominiosum putarunt aliquid mercedis pro patrocinio accipere: inter quos Mar
12 cus † Cicero Iureconsultus excellentissimus connumeratur Plutarcho authore, is enim neq; dona, neque mercedem accepit ab ullo, & quod laudabilius, munera ingentia à Siculis oblata recipere recusauit: sed aduocati hodierni respondent hoc eo tempore fuisse, quo in studiis, & uniuersitatibus gratis uictum ministrabant, uel paruo pretio, sed cum hodie multa consumantur, causa cessat &c. Et profecto aliqua ratio-
13 ne ducuntur. Nec dubitet aduocatus † salarium recipere in omnibus causis, in quibus ob suam peritiam, ac doctrinam, ita rectè responderit, ut libros euoluere ei necesse non sit, quicquid dixerit Durand. in Specul. (quamuis uir maximæ authoritatis) tit. de sala. §. sequitur, post princ. & cum eo Barbatia (quamuis subtilissimus, & adeò ut fregerit se ipsum) in cons. 34. incip. præclarè optimus, lib. 2. per glos. in c. non licet, 11. q. 3. & c. 2. de magist. ubi: quæ gratis accepistis &c. hæc enim ratio benè concludit in se, sed aliena est omnino à casu nostro, & prorsus extranea: quoniam licèt aduocatus gratis acceperit, & nō laborarit quan
14 do † consuluit, tamen maximè laborauit in studiis apud uniuersitates generales, quales labores, ac quan-

tos

eos is solus explicabit; & docere ualebit, qui in eis diu uersatus fuerit. Et ideò studentium, eorumq; laborum misertus Imp. Fridericus, in sua noua constitut.
15 *Habita, C. ne fil. pro patre,* † *multa priuilegia eis concedens (quæ cumularunt multi doctores, de eis in specie agentes) cum peregrinos eos nuncupaßet (de-*
16 *beret ergo scholaris cum sit* † *peregrinus, peregrini officium agere, cuius est nihil de alio inquirere præter negotium suum, minimeq; eße in aliena Repub. curiosum. Luc. de Pen. in l. quisquis, C. de om. agr. deser. Caß. in catalog.* 11. *par.* 22. *consid. Genes.* 19. *Ingressus es ut aduena, an ut iudices, cap. leges,* 3. *q.* 6. *) inquit. Quis eorum non misereatur, qui amore scientiæ exules facti, de diuitibus pauperes, semetipsos exinaniunt, uitam suam multis periculis exponunt, & à uilißimis hominibus (quod grauiter ferendum est) corporales iniurias, sine causa perferunt. Vbi apertum est, de his loqui, qui literis multum inuigilant: nec enim est præsumendum, ut improbis discolis, ac non militan-*
17 *tibus priuilegia concederet,* † *Dec. in rubr. de milit. test. num.* 4. *citans Bald. in l. qui prætextu, C. de sacrosan. eccles. Pan. in c.* 1. *ex. de iudic. Alexan. in l. scriniarios, C. de milit. testam. nam non sufficit scholarem in scholis morari, nisi studuerit, Cosm. qui*

citat multa in Prag. sanct. tit. de collation. §. item quod ad dictas, in uerbo, residebunt. ad quod ponit regulam Bart. in d. l. qui prætextu, & in l. ult. D. de iur. immunit. Illum tantùm debere gaudere priuilegio alicuius artis, qui re ipsa exercet, & in effectu illam artem. Per quã decisus fuit casus, quem ego uidi de quodam artifice, qui uolens gaudere immunitate qua alii suæ artis gaudebant, & prærogatiuis, cum tamen deseruisset artem, & clausißet domum, quæ ad talem artem exercendam deseruiebat; tandem condemnatus fuit per excellentem magistrum meum Dom. Anto. Olibanum Iur. Consultum clarißimnm, quem ego loco patris habeo. Artifices autem in quibus peccent, tradit eleganter Aluar. Pelaius, de planct. eccles. lib. 2. cap. 42. ubi etiam de uitiis mercatorum. Vt igitur ad nostram rationem redeamus, unde sumus digreßi, quis dubitat ineptißimum esse, melioris conditionis esse debere eos, qui in scholis dies suos ludendo consumpserunt (nam scholarium multa sunt uitia, quæ ponit Aluar. ubi supra cap. 34. post eum eleganter Azpilcueta in manual. cap. 25. §. 8. & multi sunt qui non student, & tamen in uniuersitatibus commorantur, ut dicit glos. in proœm. decretal. in uer. Bononiæ,) uel luxuriosè uiuendo, quam eos qui diù

noctuq;

noctuq; literis inuigilantes, doctißimi euaserunt: ut hi ob suam peritiam magnam, salario indigni sint atque putentur: illi uerò ex sua imperitia & excellenti ignorantia emolumentum consequantur, & commodum?

Quamobrem ego his rationibus uiuißimis motus, intrepidè existimo eum aduocatum, qui sine reuolutione librorum salarium accipit, tutißimum esse: & postea magnæ authoritatis uiros idem tenuisse reperiens, maximè gauisus fui: hi sunt, Dom. Ias. in l. necquicquam. §. ubi decretum, num. 2. in fin. de offic. proconsul. & legat. Archid. in d. c. non licet, Rip. in tract. de pest. in 3. par. Idem Ias. in. §. sed istæ, de actionib. Atq; cum his doctoribus dico communem, propter eorum authoritatem, à qua est iudi-
18 canda † communis opinio, l. 1. §. sed neque, C. de uet. iur. enucleand. Felin. in c. 1. extra de constitut. num. 54. citat cap. in canonicis, 19. distin. & §. uerũ illa, de pœnit. dist. 1. tum quia maiori, ac iustiori nititur rationi; unde etiam communis iudicari debet, Cotta in memorab. in uerb. opinio communis, in 1. Alex. in l. cum prolatis, num. 23. D. de re iudic. in qua lege ponit totam materiam eleganter, & ibidem tradit, an & quando sententia lata contra communem opinionem, an & quando lata contra consuetudi-

 nem,

nem, uel continens expressum iuris errorem sit nulla. Felin. in d. c. 1. eod. num. 54. de constit. qui citat multa, Ias. in Authen. nouissima, C. de inoffic. testamen num. 22.

19 Sanè quod magis est, ego ita puto, ut † in casibus, in quibus doctus ac consumatus aduocatus, sine librorum reuolutione quæsitis responderit, plus salarii & mercedis consequi possit, quàm cum ea consequeretur, quia scilicet citò absoluat non detinendo consilium, uel responsum ab eo suppliciter petentem: quod aliquando, & sæpissimè uergit in maximum commodum petentis responsum, fortè quia peregrinus est in ea urbe, in qua dominus doctor moratur (nam docti quæruntur per totum mundum, quia eorum doctrina opus est, maximè in causis arduis, quæ uiris grauibus sunt committendæ, eorumq́ consilium requirendum, ut in residuo epistolæ Papæ, C. de summ. trinit. ibi, nam tantæ causæ pondus, ubi ponitur in simili, Afflict. in decis. Regn. decis. 167. num. 4. in fin.) & propter eius famam per orbem dispersam, illuc accessit, ab eodem responsum petiturus, cui magis expedit forsan citò recedere, et non consumere pecuniam suam in aliena prouincia, uel ciuitate.

20 Enimuerò tantùm † aduocato etiam si peritissimo

non

non tribuo, ut dicere audeam immodicum salarium petere, uel accipere eum posse, d. l. 1. §. in honorariis, quoniam eius rationes semper essent confusæ, donec superflui restitutio facta esset, & ita aliàs esset peccatũ mortale, Domin. de Soto de iust. & iur. lib. 5. q. 8. art. 4. aliqua Panor in c. quia pleriq;, de immu. eccles.

21 *Quamuis † dubitetur, an à sponte offerenti recipere posit: in quo Innoc. in d. c. cõcludere uidetur eum tutum esse in conscientia, si recipiat, Panor. num. 32. uers. decima quæstio, cum Ant. de Butr. col. penul. uers. sextus casus.*

22 *Hæc ita, nisi † immodicũ esset omnino salarium acceptum, & prorsus excederet in maximo excessu: tunc enim ex supra citatis posset iudex aduocatum cogere ad restitutionem: quod maximè rationi, & æquitati niti uidetur: quia iniustissimum est, & à ratione prorsus alienum, cum clientuli maxima iactura aduocatum diuitem fieri, contra uulgatas iuris regulas: clientulus enim tanquàm infirmus, l. medicus, D. de uar. & extraor. cogn. multa promittet, ac etiam dabit, ut causæ ac litis uictor, triumphatorq; quomodocumq; existere posit, glo. in uerbo, contractum, in l. quisquis, C. de postul.*

23 *Exemplum † præbet in simili de maximo & enormissimo excessu, illud quod dicitur in materia filiæ renũciantis cũ iuramẽto,*

ad c. quamuis, de pact. in 6. à Couar. & aliis, à Marant. in ult. disputat. ab Ant. Gabriel. in suis conclus. lib. 3. tit. de iur. dot. & dot. promiss. concl. 1. ubi docet latiss.

24 *De hoc non dubitamus, † idem salarium aduocatum consequi posse, si causam perdiderit, & succubuerit, arg. dicti glos. in c. 1. 83. distin. quæ dicit medico nihilominus mercedem dandam, si ægrotus mortem obierit, ad quod etiam citò, l. sed an ultro, D. de negot. gest. & hoc quando bona fide suam diligentiam honestissimè adhibuerunt. Huius rei ratio inuestiganti facilè occurret, quia scilicet per eos non stetit, l. in in iure ciuili, de reg. iur. ubi Dec. l. qui ex fratribus, l. uter ex fratribus, D. de condit. instit. l. 1. & 2. C. de instit. & substit. cum aliis similibus. Quibus conse-*
25 *quens est quod mandarunt † Impp. Dioclet. & Maxim. positum in l. ult. C. de condic. ob caus. ubi Bald. si per aduocatum scilicet non stetit, quo minus patrocinium suum præstaret, datum salarium repeti non posse. Quæ lex est facta ad hoc, & est elegantissima, accedit l. 1. §. diuus Seuerus ab hæredibus, D. de uar. & extraordin. cognit. ubi latissimè Bart. ponit materiam, facit l. diem functo. D. de offic. ass. cũ ibi not. et quod pulcherrimè docet Anton. Capyc. in decis.*

Regn.

Regn. Neap. decis. 125. per tot. ubi tradit regulã cum fallentiis, an & quando salarium debeatur ei qui non seruiuit, & loquitur de officialibus.

Quæ omnia si aduocatus obseruauerit, satis perfectus quodam modo dici poterit: si etiam memor sit,
26 *causam † non protelare, l. quisquis, de postuland. cum glos. quæ eleganter dicit: nota hanc l. quæ instruit aduocatum in bonis moribus, & si quis hanc legem seruaret, reputaretur sapientißimus aduocatus, quòad Deum & mundum; quamuis dicat Bald. paucos reperiri, qui eam obseruent. His accedit aduocatum de quota litis pacisci non debere, sub pœna priuationis, l. 1. de uar. cognit. l. si qui aduocatorum, C. de postuland. & ibi Bart. & Castren. l. litem, C. de procurat. l. sumptus, D. de pact. quas leges citat etiam Domin. de Soto, quasi immittens manum in messem alienam, de iust. & iur. lib. 5. q. 8. art. 4. in medio, nec ualebit pactum de certa quantitate, uel specie ab aduocato cum parte factum, quia militat ratio eadem, & ita communiter tenendum, ut dixit Bart. in d. l. si qui aduocatorum, in 1. & 2. lect. quamuis glos. dict. legum uariauerint. Et si suprapofita obseruauerit aduocatus (longiora enim perquiret studiosus ex latioribus) multũ merebitur, ut tradit Neuis. in sua sylua.*

Si hæc

Si hæc uera sunt (ut uerissima credo) quid fiet de hodiernis aduocatis, quorũ aliqui iniustas causas quo-
27 *tidie † defendunt, tantũ abest quin defendendas omittant: lites protelant, ac longissimas calumniando faciunt: negant enim piper esse nigrum, & aliquando, imò plerunque esse album affirmant, ut pulchrè dixit Paris de Puteo in tract. syndic. tit. de exces. aduocat. referente Gram. in decis. Regn. Neap. decis.* 104. *num.* 1. *Neuis. in sua sylua, lib.* 5. *col.* 108. *Pauperes non curant, sed eos tantùm à quibus pecuniam accipere possint (& ideò nil mirum, si dixerit Bal. in l. ab Anastasio, C. mand. aduocatos præsumi parum conscientiatos) & aliquando utranq; partem defendunt, quod est horrendum. ipsi uiderint. Qui etiam propter uerecundiam, quam ipsemet diabolus ante oculos eorum ponit, non audent consilia sua manifestè iniqua & iniusta reuocare, nec causas iniustas deserere, ne scilicet gentes eis maledicant, & ludibrio habeantur ab his, qui uera non intelligunt. Nonne sa-*
28 *tius esset, ac longè præstantius, † uerecũdiam hoc sæculo pati, ac uilipendium propter rem iustam coram hominibus, c. nisi cum pridem, extra de renun. c. qui iustus est,* 11. *q.* 3. *quàm in alio sæculo in æterno uilipendio, perpetua infamia, necnon sempiterno pœnarum*

rum genere uersari? Proinde plangit Ecclesia. Latè & eleganter Aluar. Pelaius Hispanus, Episcopus Siluen. qui cuiuscunq; status personarum excessus increpauit in tract. de planct. ecclesiæ, ubi lib. 2. c. 35. agit de excessibus aduocat. retulit Neuis. ubi supra ex tract. de cul. uin. dom. par. 5. cap. 9.

Quæ pauca ad laudem OMNIPOTENTIS DEI, & gloriosæ uirginis MARIAE, & gloriosæ sanctæ Praxedis aduocatæ Regni Maioricarum, & omnium sanctorum, scripsi ego Petrus Mollius, Hispanus Maioricensis, Iuris utriusq; Doctor, filius admodùm Magnifici, ac sapientis uiri Domini Antonii Mollii Maioricen. quem Deus per multos annos seruet incolumem, Bononiæ ætatis meæ anno uigesimo secundo, iuris uerò studiorum septimo. Studui per quinque annorum spatium in ciuitate Ilerdensi nobilissima: audiui graues magistros, maximè dominum Franciscũ Botellam in dicta Ilerdensi schola excellentem, dominum Antonium Olibanum, doctorem profundissimum, & alios: ibidem Baccalaureatus gradum in iure ciuili accepi, publicè de utroque iure disputaui, Institutiones Imperiales publicè fui interpretatus, ac tandem in Italiam profectus, gradus Doctoratus dignitate à Bononiensi supremo Musarum manibus fabri-

fabricato Collegio eminẽtiſsimo fui inſignitus in utroq; iure: poſt ea quam in eadem Bononienſi ſchola ſecundum annum agerem. Qua dignitate Doctoratus nihil altius eſſe dixit Matth. de Afflict. in præfatione ad tractatum de iure prothom. In quibus ſcriptis membranas occupantibus, ſi aliqua benedicta ſunt Deo Optimo Maximo tribuenda, ac de eis gratiæ agendæ, qui reuelat ſæpenumero paruulis, quæ abſcondit à ſapientibus. Si uerò multa malè (ut exiſtimo, parcendum enim eſt tum ætati meæ, tũ modicæ doctrinæ) mihi omnino attribuantur. Quantum ad detractores, & mordaces (qui non deerunt) illud me conſolabitur, quod aliquando Felinum uirum grauiſsimum conſolabatur, dictum diui Hieronym. Rodentes in publico ſæpiſsime detrahunt, quod in angulis libenter legunt.

Spes mea Deus, qui uiuit & regnat in ſæcula ſæculorum.

Amen.

[illegible]

Agamus Deo, qui vivit & regnat
in sæcula sæculorum.
Amen.

E. C. T.E.


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm